



**Francisci De Fargna Civitatis Plebis Patrii Philosophiæ,  
Sacræ Theologiæ, ac J. U. Doctoris ... Commentaria In  
singulos Canones De Jurepatronatus**

Qui sparsim tam intrà, quām extra corpus Juris Canonici vagantur ...

**Fargna, Francesco de  
Romæ, M. DCC. XIX.**

Decisiones Sacræ Rotæ Romanæ Quæ ad materiam hujus Operis  
adduntur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72172](#)

# DECISIONES

## SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

### *Quæ ad materiam hujus Operis adduntur.*

R. P. D. FALCONERIO

Salisburgen. Vicariæ.

Luna 16. Januarii 1719.

## SUMMARIUM.

- 1 Vicarii in Ecclesiis Parochialibus unitis Monasterio Regularium debent esse perpetui, & non amovibiles, seu temporanei. Amplia ut nu. 2. & 7. Limita ut nu. 11. & 12.
- 3 Unio Ecclesiæ Parochialis favore Monasterii, ex quibus dicitur non esse plenaria.
- 4 Unio in dubio præsumitur facta quoad temporalia tantum.
- 5 Unionem Ecclesiæ esse plenariam, & subjectivam tam in temporalibus, quam spiritualibus non arguitur ex assignatione congrua portionis pro Vicario deputando; neque ex eo, quod Ecclesia nunquam fuerit provisa per concursum; & num. 6.
- 8 Observantia centenaria efficit, ut allegari possit Beneficii status immutatio, sive per hujus erectionem, sive per pactum, sive per privilegium, aut alium titulum meliorem de mundo.
- 9 In Beneficialibus non est incompatibilis pluralitas titulorum, sed uno exhibito potest aliud melius allegari.
- 10 Voluntas talis præsumitur, qualem actus gesti natura declarat.
- 13 Regula, quod in actibus facultatibus non cadit præscriptio, quo casu sit inapplicable.
- 14 Abbas, aut Superior Monasterii ex petitione licentia deputandi Vicarium Regularium in Ecclesia unita arguitur sibi non competere talem facultatem jure proprio.

## DECISIO I.

**V**Icarium pro cura Animarum in Parochiali Ecclesia S. Joannis in Pettingh, unita Monasterio Sancti Zenonis Canonicorum Regulare S. Augustini propè Hall deputandum esse à Præposito dicti Monasterii Presbyterum Sæcularem ab Ordinario instituendum, non autem Regularem ad nutum amovibilem, constanter hoc Sacrum Auditorium judicavit in tribus instantiis, ut videre est ex tribus decisionibus, quæ sententias de more præcesserunt: prima coram Me sub die 31. Januarii 1714. in sequelam similis sententiae prolatæ in partibus ab Ecclesiastico Salisburgen. Concistorio: altera coram R. P. D. meo Crispo sub die 4. Februarii 1715., ac tertia coram R. P. D. meo Foscaro sub die 30. Aprilis 1717. in qua dictum fuit = *Confare de tribus* = At cùm Præpositus novam insuper commissione impetrasset à Signatura mihi directam cum rescripto = *Alteri, qui ad legitimam* = Domini per me hodie suscitati super dubio = *An sit procedendum ad legitimam executionem*, inhærendo firmiter decisis, affirmativè responderunt.

Cessante siquidem nullitatis oppositio-ne, justitia sententiæ triplici visa fuit legali præsidio communita. Primò ex jure communi cap. 1. de Cappell. Monach., & cap. 1. eodem tit. in 6. ibi = Presbyteri, qui ad curam populi per Monachos præsentantur Episcopis, & instituuntur ab ipsis, cùm debeant esse perpetui, consuetudine, vel Statuto in contrarium non obstante &c. Secundo ex Concil. Trident. sess. 7. de reform. cap. 7. ubi expressè conceditur Episcopis facultas instituendi Vicarios perpetuos in Parochialibus, quamvis unitæ sint Monasteriis exemptis Regularium;

qui

- qui titulus perpetuus non benè convenit Regularibus addictis Abbatis nutibus cap. Monachi, & cap. Cùm ad Monasterium 6. §. Tales, & ibi Gloss. & DD. extr. de stat. Monach. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 33. nu. 85. Maceraten. variar. lib. 1. 2. cap. 20. num. 12. Ac tertio ex continuata observantia plusquam centum annorum, dum ab anno 1594. ad novissimam usque vacationem de anno 1712. (quæ liti causam dedit) semper in hac Parochia fuerunt instituti Presbyteri Sæculares à Monasterio præsentati; quapropter succedit certa juris conclusio, quod Beneficia Sæcularibus conferri solita, nequeunt Regularibus concedi cap. super eo quæstum 9. de Regularib. cap. Cùm de beneficio 5. de Præbend. & Dignitat. in 6. Clem. Quia Regulares unica de supplen. neglig. Prælatorum Concil. Trid. sess. 10. cap. 10. Navarr. de præbend. cons. 9. Selv. de benef. quæst. 11. num. 130. Azor. inst. moral. par. 2. lib. 6. cap. 4. Gonzal. ad reg. Cancell. gloss. 7. num. 4. Navar. quæst. forens. par. 1. quæst. 80. num. 3. Rot. cor. Seraph. decif. 1305. num. 4. cor. Duran. decif. 234. num. 7. coram Bich. decif. 360. num. 2. Et ad cognoscendum, an Beneficium sit Regulare, vel Sæculare, sive an Vicaria sit perpetua, vel amovibilis, præcipue status ultimus attenditur Dec. cons. 126. n. 1. Gonzal. loc. cit. gloss. 5. §. 3. num. 18. & gloss. 8. num. 31. Tondut. quæst. benef. par. 2. cap. 1. §. 5. num. 4. Rot. decif. 2. de præben. in novis coram Seraph. decif. 1095. num. 3. & seqq. & decif. 1103. num. 5. cor. Duran. dicta decif. 234. num. 6. cor. Priol. decif. 104. nu. 18. in rec. par. 1. dec. 154. num. 6.
- 3 Quo triplici fundamento sicut jus Ordinarii firmissimè stabilitur, sic difficilis non fuit objectorum propulsatio. Quod enim dicebatur, unionem esse plenariam favore Monasterii, tam quoad temporalia, quam etiam quoad spiritualia, id neque in facto visum fuit subsistere, nec in jure suffragari. Non subsistit in facto, quia litera donationis, aut unionis, neque continet clausulam = pleno jure, neque clausulam = in temporalibus, & spiritualibus, ut legenti patet: ita si causa expressa unionis attendatur, illa est, ut Monasterium, quod gravi premebatur onere debitorum pro sui sustentatione contra-

etorum, ea persolvere posset, ac sustentari commodiū: Ideoque si dispositio quælibet à sua finali causa determinatur, atque interpretationem recipit cap. Intelligētā dictōrum, de verbor. signific. Bald. in leg. 1. num. 13. ff. solut. matrim. Mantic. de tacite. convent. lib. 3. tit. 12. nu. 13. & seqq. & de conjectur. lib. 6. tit. 14. n. 8. Guttier. practicar. lib. 5. quæst. 17. nu. 98. patet quod neque litera, neque causa unionis facte pro subsidio temporali, subjectionem in spiritualibus plenariam continent.

- 4 Quod neque in dubio præsumendum est, nam potius unio præsumitur facta quoad temporalia tantum, ut eo minùs Episcopi jura lèdantur cap. quia Monasterium 2., & cap. cùm Venerabilis 6. de Religios. domib. Imol. in cap. extirpanda de præbend. Felin. conf. 2. Flor. de men. variar. quæst. 10. sub nu. 17. vers. Et in dubio &c. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 33. nu. 93. & lib. 2. quæst. 12. num. 10. & seqq. Rot. coram Moped. decis. 1. de Offic. Vicar. Propterea quando unio, seu incorporatio ad mensas Monasteriorum non continet etiam subjectionem quoad spiritualia, manet salvum in Episcopo jus instituendi, & Monachi jus tantum habent præsentandi; quia non eo ipso, quod Ecclesia sit unita plenariè quoad temporalia, dicitur ad eos pleno jure spectare cap. in Lateranensi 31. de præbend. cap. cum & plantare §. In Ecclesiis de privileg. ibi = In Ecclesiis suis, quæ ad eos pleno jure non pertinent instituendos Presbyteros Episcopis præsentent &c. ubi Gloss. in verbo = pleno jure, sic notat = id est utroque jure quoad spiritualia, & temporalia &c. & in Clem. 1. §. Quidam, verb. ad mensam de excessib. Prælator. ibique Jo: Andr. Card. & Imol. & in Clem. 1. de supplend. neglig. Prælat. Gonzal. in cap. 1. de Cappell. Monach. alter Gonzal. ad reg. Cancell. gloss. 5. §. 3. nu. 11. Rebuff. in tract. de congrua portione nu. 32. & 34. & in prax. benef. tit. de Vicar. perpet. num. 1. optimè Rota decif. 2. de excess. Prælat. in nov. sub num. 1. cor. Dunoz. jun. decif. 382. num. 7. Qui omnes concludunt eo solùm casu Vicarium amovibilem à Monachis deputari, quando Ecclesia est eis pleno jure concessa quoad temporalia, & spiritualia simul.
- 5 Cessante igitur hac subjectione quoad spiri-

spiritualia tum in litera, tum in ratione concessionis, & resistente potius præsumptione contraria, frustra levibus quibusdam argumentis Regulares illam afferere conabantur: Ex eo signanter, quod hæc Ecclesia nunquam fuerit provisa per concursum, & quod in ipsa cōcessione tribuatur Monasterio universalis perceptio Decimarum, & fructuum, reservata tantum congrua portione pro Vicario deputando; cæteris levioribus omisis. Quod enim attinet ad congruae reservationem, hæc nihil concludit pro subjectione in spiritualibus, nec pro qualitate Vicarii amovibilis; quia immo congrua propriè reservatur pro Vicario perpetuo præsentando per Monachos, & instituendo per Ordinarium, ut constat ex cap. de Monachis, qui Vicarios 12. ubi Gloss. notab. in verb. de proventibus &c. ex ipsa assignatione congruae sumit argumentum, quod unio sit in temporalibus tantum, & cap. extirpanda 30. de præbend. & dignitat. cap. 1. eodem tit. in 6. Clem. 1. de Jurepatr. & ibi DD. communiter Rebuff. in tract. congr. post quæst. 3. num. 17. & seqq. & quæst. 4. num. 20. & num. 32. & seqq. & in prax. benef. tit. de Vicar. perpet. num. 7. Lotter. lib. 1. quæst. 3. num. 19. & lib. 2. quæst. 12. num. 20. Rota par. 11. rec. decif. 102. num. 11.

6 Leviusque profectò est alterum argumentum ex eo desumptum, quod Ecclesia provisa fuisset absque concursu; nam hoc valere potest ad probandam unionem favore Monasterii, minimè verò probat unionem subjectivam in spiritualibus; quia in iis etiam Parochialibus, quæ sunt unitæ Monasteriis quoad temporalia tantum, concursus non requiritur, sed Vicarius perpetuus instituitur ad præsentationem Abbatis ita disponente Constitutione 47. san. mem. Pii V. Sanchez de præcept. Decalog. lib. 7. cap. 29. nu. 192. Flor. de Men. dicta quæst. 10. num. 40. Rota par. 1. divers. decif. 798. num. 5. & par. 1. rec. decif. 102. num. 1. cor. Bich. decif. 137. num. 3. coram Priol. decif. 44. num. 27. cor. Emer. jun. decif. 1301. & 1354.

7 Sed tametsi per hypothesim supponere liceret, quod unio de anno 1535. importaret plenariam subjectionem quoad temporalia, & spiritualia, & quod priscis illis temporibus deputati fuissent à Præpos.

Pars VI.

sito Regulares ad nutum amovibiles, (de quo non satis constare Domini putarunt ex enunciativis extractis à libris Monasterii, & ex aliis actis exadverso compulsatis) minimè tamen hoc officeret Ordinario, tum ob supervenientem Concil. Trid. dispositionem sess. 7. de reform. cap. 7. quæ datur Episcopis facultas instituendi Vicarios perpetuos etiam in Ecclesiis unitis pleno jure Monasteriis Regularium, ut notant Navarr. cap. 11. de Stat Monach. Garz. de benef. par. 11. cap. 2. num. 4. & seqq. Barbos de poteſt. Episcop. allegat. 72. num. 190. Flor. de men. dicta quæſt. 10. num 39. Tondut. quæſt. benef. par. 2. cap. 1. §. 5. num. 13. Rota coram Dunoz. jun. decis. 368. num. 4. tam ob secutam posteriū longævam, & continuatam obseruantiam instituendi Sæculares à Monasterio præsentatos: cùm ad effectum imprimendi novum statum secularitatis in Beneficio, juxta communem sententiam, sufficiat observantia quadraginta annorum, etiamsi constaret de anteriori statu contrario, ad Text. in cap. Cùm de Beneficio 5. de præbend. in 6. & ibi notata per Lap. Butr. Franc. Geminian. & alios Felin. in cap. In nostra num. 43. de rescript. Dec. conf. 126. num. 4. Rebuf. super concordat. tit. de collation. §. Volumus, verb. Regulæria, Quintanaduenn. Ecclesiasticon. lib. 1. cap. 4. num. 15. Gonzal. ad regul. Cancell. gloss. 8. num. 31. Selv. de re benef. part. 3. quæſt. 11. nu. 127. Lotter. lib. 1. quæſt. 34. num. 45. Marescott. lib. 1. cap. 55. num. 67. Garz. par. 7. cap. 10. num. 37. Rot. dec. 2. de præbend. in nov. coram Duran. dec. 244. num. 7. Et maximè si Beneficium redeat ad suam qualitatem originariam, prout in casu; nam facile res quælibet ad primævam naturam revertitur leg. si unus ex argentariis 27. §. Eadem ratione ff. de pact. Gloss. in can. ab exordio dif. 35. Gonzal. loc. cit. & gloss. 7. num. 8. Rot. dicta decis. 2. de præbend. in nov. num. 3. ad finem.

8 Hic verò nedum quadragenaaria concurredit observantia, sed centenaria, quæ ad instar immemorabilis, cui æquiparantur, efficit, ut possit allegari Beneficij status immutatio, sive per Vicariæ perpetuæ legitimam, & solemnem erectionem, licet illa non appareat; sive per pactum, privilegium, aliumvè meliorem titulum, qui potest quidem per centenariam alle-

H h h gari,

gari, sed eum exhiberi non est necessitatem, quod antea fuerit minimè attendatur cap. super quibusdam §. Præterea de verb. signific. leg. Hoc jure §. Duxus aquæ ff. de aqua. quotid. & astiv. Felin. in cap. Cùm à nobis de prescript. Ros. consult. 12. num. 21. Gonzal. ad reg. Cancell. gloss. 33. nu. 4. & 14. Guttier. practic. lib. 3. qu. 14. num. 21. Avendan. de exequend. mandat. lib. 1. cap. 12. sub num. 32. Rocc. select. cap. 7. nu. 31. Rot. par. 1. divers. dec. 717. num. 18. coram. Burat. decis. 875. num. 7. cor. Priol. dec. 44. num. 18. cor. Emer. jun. decis. 286. num. 4.

Nil referente, quod Archiepiscopus de anno 1594. fecerit primam institutionem Presbyteri Thomæ Kemeter, vigore

<sup>9</sup> Instrumeti donationis à Regularibus præsentati, in quo expressa legitur facultas deputandi Vicarium Regularem, aut Sæcularem, atque ideo non posse nunc aliud titulus diversus ex centenaria præsumptus allegari; Quia prætermisso quod in Beneficialibus, cùm non sit in compatibilis pluralitas titulorum, uno exhibito potest melior ex longa possessione præsumptus allegari Felin. dicto cap. In nostro de rescript. Selv. de Benef. par. 3. quæst. 19. Gonzal. ad reg. Cancell. §. 7. proœm. n. 129. Card. de Luc. ad Concil. Trid. disc. 11. n. 16. Cassador. decis. 21. num. 5. super reg. Cancell. Merlin. decis. 82. num. 10. Certi juris est, quod titulus à Regularibus producatus pro fundamento suæ intentionis, non prohibet quin Ordinarius exadverso meliorem titulum præsumptum possit allegare, Ros. consult. 12. num. 48. Card. de Luc. ad Concil. Trid. loc. cit. & de præmin. disc. 8. num. 13. Giurb. cas. 71. num. 15. Rot. cor. Buratt. decis. 875. num. 7. cor. Merl. dicta decis. 82. num. 11. coram Bich. decis. 285. num. 14. coram Emerix. jun. decis. 829. num. 2.

Nec ideò quod Ordinarius unionem tunc approbavit (quam nec modo impugnat) & ad formam dicti Instrumenti mandavit solvi congruam Vicario, propteræ dicendum est, quod approbaverit etiam qualitatem amovibilitatis in eodem Instrumento contentam: Quia talis approbatio cadit super reservatione congrua tunc deductæ in controversiam, non verò super qualitate amovibilitatis, quæ expressa non legitur, nec tacita præsumi-

tur in præjudicialibus; & positivè potius excluditur ex ipsa gesti actus natura; Non enim potuit Ordinarius approbare tacitè qualitatem amovibilitatis, quam Regulares tunc non prætendebant; imò nec Ordinarius, nec Regulares eam potuerunt melius excludere, quam isti petendo, ille verò concedendo canonicam institutionem, seu collationem in titulum perpetuum Presbytero Sæculari præsentato:

<sup>10</sup> Voluntas autem talis præsumitur, qualem actus gesti natura declarat, nec illam egreditur leg. 1. §. Julianus, ubi Bart. ff. de itin. actuq. privat. leg. operis non positis ff. de oper. libert. Paris. conf. 79. nu. 12. lib. 4. Dec. conf. 72. in fin. Surd. conf. 52. num. 73. & conf. 460. num. 48. Cravett. de antiqu. temp. part. 2. §. Materia ista num. 102. Rocc. select. cap. 64. num. 14. Præterquamquod, seposito etiam hoc actu de anno 1594. sequentes institutiones de anno 1610. usque ad motam litem factæ de Presbytero Sæculari, simpliciter à Monachis præsentato vigore Jurispatronatus Monasterio competentis etiam ante unionem, complent integrum centenariam, cuius virtute potest Ordinarius meliorem allegare titulum ex prædictis.

Pariter, & illud obstat visum non fuit, quod sæpius oppositum, & semper rejectum, nunc laxiori stylo replicabatur, nempe quod Præpositus habuisset alternativam facultatem sive deputandi Regularem amovibilem, sive præsentandi Presbyterum Sæcularem instituendum, tum vigore prædictæ unionis, tum etiam ex Constitutione 47. san. mem Pii V., quæ incipit = Ad exequendum &c. post Concil. Trid. emanata; ubi pro Regularibus mendicantibus, & Monachis libera præservatur facultas in Parochialibus unitis deputandi ad curam Animarum Regularem amovibilem, ut in §. Volumus &c. itaut eo solùm casu competit Ordinario jus instituendi, quando Superior Monasterii vellet pro suo libitu deputare Presbyterum Secularem, ut ad mentem dictæ Constitut. declaravit Sac. Congregatio Concilii Teste Barbos. in Remission. ad Concil. Trid. sess. 7. de reform. cap. 7. nu. 17. & de potest. Episc. alleg. 72. sub num. 190. & rursus in Augustana pro Monachis Præmonstraten. anno 1584. & pro Cisterciens. in Ratisbonen. Juris deputandi Vicarium sub die

die 28. Julii 1713. Propterea si Præpositus pro sua facultate deputavit, ac præsentavit Presbyterum Sæcularem ab Ordinario instituendum, sibi non præjudicavit in simili facultate deputandi Regularem amovibilem, quia in facultativis nulla datur præscriptio, nisi præcedat actus coætivus ad notat. *in cap. Cum Ecclesia Sutrina de caus. possess. & propri. Gabr. de præscript. concl. 10. Abb. incap. ex parte de concess. præb. Rota coram Merl. dec. 830. eod. num. 7.* & in terminis dixit Sac. Congregatio Concil. in d. Ratisbonen. *Juris deputandi Vicarios*, ubi non obstante quod Episcopus referret ab immemorabili tempore fuisse præsentatos Presbyteros Sæculares, respondit liberum esse Abbatii deputare Monachum amovibilem.

12. Et enim Constitutio san. mem. Pii V. dum Conciliarem dispositionem de Vicariis perpetuis non substulit, sed solum exceptit ab ea Parochiales unitas Monasterii Monachorum, & Mendicantium, firmat potius regulam in contrarium pro Canonice Regularibus, de quibus agitur, qui neque Mendicantes sunt, nec Monachi propriè dicuntur, ut post *Div. Thom. 2. 2. qu. 18. art. 8.* & *in opusc. 19. cap. 2.* notant *Sbrozz. de offic. Vicar. lib. 1.* *cap. 37. num. 3. Trull. de ord. Canonic. Regul. lib. 1. cap. 4. Grat. cap. 123. num. 22. Andreol. controv. 340. num. 6. Capon. controv. 15. num. 10. Card. de Luc. de Regular. disc. 19. num. 5. de Praemin. disc. 24. per tot. & ad Concil. Trid. disc. 35. num. 7.* Et contra quos in eodem articulo post solemnem discussionem Rota judicavit *in Friesingen. Juris deputandi Curatos*, ut ex decisionibus *coram Reverendissimo D. meo Ansaldo Decano 24. Martii 1713.* & *coram R.P.D. meo Cerro 26. Junii 1716.* Ac proinde resolutiones Sacrae Congregationis ad terminos dictæ Constitutionis emanatae pro Monachis Cisterciensibus, & Præmonstratenibus, non autem pro Canonice Regularibus, minimè visæ sunt casui præsenti applicabiles: præsertim quia Præmonstraten, de quibus agitur in Augustana, cùm verè Monachorum regulam profiteantur, *Pignattell. consult. 44. num. 14. tom. 1.* tum insuper habent specialia S. Sedis privilegia pro deputando Vicarios amoviles in Parochiis unitis eorum Monasterii, teste *Barbos. ad Conc. Pars VI.*

*de Reform. seff. 7. cap. 7. num. 17. Rota in Uralislavien. Manutentionis 12. Junii 1703. §. Nullo namque &c. coram R. P. D. meo Lancetta, & dixit Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium in Leonidien. Parochialis 2. Septembbris 1712. & 3. Februarii 1713. referente Eminentissimo Fabrono.*

Præterea verò Domini animadvertebunt quod nulla ex allegatis resolutionibus Sacrae Congregationis decidere videtur punctum Centenariæ observantia, Episcopo assistentis, instituendi Sæcularem in titulum perpetuum, de qua, præter dictam Ratisbonen., in aliis nulla fit mentio: sed & in ipsa Ratisbonen., quæ, ut dictum est, loquitur de Monachis Cisterciensibus in Bulla Piana comprehensis, nec tamen hoc punctum Centenariæ dici potest decisum, quia verba resolutionis hoc non tangunt, nec appareat fuisse in probatis prætensam ab Episcopo consuetudinem immemorabilem instituendi in titulum perpetuum Presbyteros Sæculares, cuius rei nullum enunciatur documentum, præter ipsius Episcopi relationem, qui fuerat à Monachis in judicium vocatus, ac propterea tamquam nuda partis assertio non merebatur attendi, neque ullum poterat resolutioni præstare fundamentum: Quin etiam ipsa relatio subjungebat, quod Monachi retroactis temporibus omnes exploraverant aditus subinferendi Vicarios Regulares ad nutum amovibles; & sic excludebatur ex ipsa confessione Partis observantia pacifica, prout requiritur, *Menoch. conf. 337. in fin. Decian. respons. 87. nu. 22. lib. 2. Rocc. Selectar. cap. 79. num. 12. Rot. coram Coccin. decis. 436. num. 9.* quæque optimè concurrit in casu præsenti, dum Regulares per sæculum, & ultra pacifice præsentarunt Presbyterum Sæcularem canonice instituendum, & nunquam Regularē amovibilem deputare prætendebunt.

Regula verò, quod in actibus facultativis non cadit præscriptio, redditur in 13 applicabilis ex facti circumstantiis; nam primò hic non agitur de libera facultate ex jure gentium competente, qua si quis per mille annos non utatur, sibi non præjudicat, ut notant *DD. in leg. Viam publicam ff. de via pub. leg. Quominus ff. de Hhh 2. fumin.*

flumin. & d. cap. Cum Ecclesia Sutrina de  
 Gaus. possess. & propri. sed de prætensa fa-  
 cultate deputandi Regularem ex titulo  
 unionis Ecclesiæ, & sic ex jure quæsito,  
 quo casu verius appellatur jus, quam fa-  
 cultas, eique rectè præscribitur per non  
 usum, Felin. in cap. Cum accessissent nu. 3.  
 de Constat. Ceph. conf. 176. num. 53. Surd.  
 conf. 73. nu. 48. Port. Imolen. comm. opin.  
 lib. 3. reg. 33. limit. 3. Cravett. conf. 111.  
 num. 22. & seqq. Hondon. conf. 82. lib. 1.  
 num. 9. Balb. de præscript. par. 4. quæst. 1.  
 num. 4. Gabr. commun. conclus. tit. de præ-  
 script. concil. 10. num. 10. Conciol. alleg. 14.  
 nu. 42. & seqq. Rocc. Select. cap. 84. nu. 15.  
 Rota apud Posth. de Manut. decis. 45. nu. 9.  
 Deinde hic observantia non assertur ad  
 finem præscribendi alterius facultati, sed  
 ad juris proprii conservationem, inter-  
 pretando scilicet actum unionis, & quem-  
 cumque meliorem titulum præsumendo,  
 ut in proposito Card. de Luc. de Regul.  
 disc. 51. num. 12. nec enim facile potest  
 admitti, quod si Præpositus habuisset fa-  
 cultatem deputandi Regularem amovibili-  
 lem vigore unionis, noluisse in tam diu-  
 turno tempore hanc facultatem sibi ma-  
 gis favorabilem aliquando exercere, sed  
 potius utendo simpliciter Jurepatronatus  
 pati voluisse continuos actus perpetuae  
 Sæcularium institutionis, jus, & auctoritatem  
 Episcopi magis confirmantes. Ipsa-  
 que multiplicitas actuum uniformiter  
 tam longo tempore gestorum sicut Ordinario  
 præbet jus firmissimum ex omni ti-  
 tulo sibi magis proficuo, sic excludit in  
 altera parte præsumptionem liberæ facul-  
 tatis, Rip. in dicto cap. Cum Ecclesia Su-  
 trina num. 55. Jo. Fab. in S. Eque nu. 21.  
 instit. de actionib. Iaf. in d. leg. Quominus  
 nu. 42. ff. de flumin. Cravett. d. conf. 111.  
 num. 25. Soccin. conf. 145. num. 40. lib. 1.  
 Conciol. alleg. 14. num. 44. Rocc. Select.  
 cap. 84. num. 16. & cap. 167. nu. 48. Pa-  
 nimoll. decis. 15. n. 26. Adden. ad Greg. XV.  
 decis. 162. nu. 16. Rota coram Seraph. de-  
 cis. 212. num. 2. & decis. 323. num. 4. cor.  
 Merl. decis. 593. num. 8. coram Bich. de-  
 cis. 522. num. 19. part. 4. Rec. decis. 300.  
 num. 7. & par. 17. & decis. 139. num. 23.  
 14. Accidente præsertim notabili circum-  
 stancia, quod de anno 1616. Præpositus  
 enixè supplicavit Concistorio Salisbur-  
 gen., ut sibi liceret, saltem pro interim

deputare Vicarium Regularem, quia Sæ-  
 cularem invenire non poterat, & hanc li-  
 centiam Consistorium reiteratis etiam  
 precibus denegavit, ac Præpositus acquie-  
 vit: Unde duplex nascitur effectus, pri-  
 mus quod jure sibi proprio tales faculta-  
 tem Præpositus non afferuit, cùm eam  
 præcario rogavit leg. 1. & seqq. ff. de pre-  
 car. l. 1. ubi DD. C. de thesaur. lib. 10.  
 Surd. conf. 215. num. 23. Salgad. in Labyr-  
 par. 2. cap. 17. nu. 5.: Alter, quod etiam  
 exordiendo ab hoc actu coactivo cum pa-  
 tientia de anno 1616. usque ad 1712.  
 quo fuit morta lis intercedit spatum 96.  
 annorum, quod pro Centenaria reputa-  
 tur, Lotter. de re Benef. lib. 2. quæst. 7.  
 num. 62. & seqq. Card. de Luc. de Jure-  
 patr. disc. 57. num. 32. Pacion. de Locat.  
 cap. 14. nu. 7. Rot. cor. Buratt. decis. 142.  
 num. 9. ibique Adden. & decis. 875. num. 4.  
 coram Merl. decis. 60. num. 6. & parti. 5.  
 Rec. decis. 509. num. 5. Imò, & pro tem-  
 pore præterito removetur præsumptio li-  
 beræ facultatis, quia petitio licentiae  
 supponit præcedentem prohibitionem, &  
 impedimentum, Natt. conf. 522. nu. 9. post  
 Bald. in leg. Si permittente num. 2. Cod. ad  
 S. C. Vellejan. Soccin. conf. 12. num. 3. Ca-  
 sanatt. conf. 39. nu. 53. Noguerol. alleg. 28.  
 num. 86. Salgad. par. 1. cap. 35. num. 27.  
 Gonzal. ad reg. Cancell. gloss. 3. §. 6. n. 37.  
 Rot. par. 1. divers. decis. 33. num. 3.

Minimè revelante, quod hæc licentia  
 petita fuerit pro Ecclesiis filiabus, non  
 autem pro Matrice, de qua nunc agitur:  
 quia cùm omnes eodem titulo unionis ad  
 Monasterium pertineant, non debent di-  
 verso jure censeri, nec membra præsu-  
 muntur diversæ rationis à capite, cap.  
 Cùm non liceat de præscript. Felin. in cap.  
 Audit. nu. 29. eod. tit. Bald. in l. 1. nu. 25.  
 C. de emancipat. lib. Rot. cor. Manic. de-  
 cis. 320. num. 6. coram Priol. decis. 295.  
 num. 10. Cætera satis, superque sublata  
 fuere in prioribus decisionibus.

Et ita utraque &c.

R. P. D.

R. P. D. HERRERA

Leodien. Vicariæ de Jemeppe.  
Luna 23. Januarii 1719.

## SUMMARIUM.

- 1 *Unita Ecclesia Parochiali Monasterio, nominatio Vicarii spectat ad Abbatem.*
- 2 *Unio Ecclesia Parochialis Monasterio in defectum Instrumenti probari potest ex conjecturis, sive signis, aut argumentis.*
- 3 *Ecclesia unita dicitur de juribus, & pertinentiis ejus, cui unitur.*
- 4 *Dismembratio Ecclesia Parochialis est solum in subsidium admittenda.*
- 5 *Quod in dismembratione Ecclesia Parochialis non sit avulsa ab Ecclesia Matrice cura habitualis, ex quibus arguatur, & num. 6. & seq.*
- 6 *Unio Ecclesia Parochialis Monasterio, ex quibus probetur, & num. 9. & 10.*
- 7 *Vocabula nominationis, & presentationis inter se fraternizant.*
- 8 *Presentationes, & nominationes duplice titulo fieri possunt, juris patronatus nemp̄, vel unionis.*
- 9 *Presentationes explete ratione juris patronatus sunt unioni omnino contrariae.*
- 10 *Presentationes, seu nominationes factae ratione unionis, huic non contrariantur.*
- 11 *Institutiones, seu collationes Vicarie in titulum, nec non expressio illius vacationis, ac denominatio Rectoris respectu Vicarii an opponantur unioni.*
- 12 *Vicaria perpetua ante Constitutionem Divi Pii V. la 47. comprehendebantur sub Primariis precibus, & sub aliis Apostolicis reservationibus, secus nunc post dictam Constitutionem.*
- 13 *Provisiones Apostolicæ equivocæ Vicarie perpetuae non opponuntur unioni.*
- 14 *Vicaria perpetua, & unita permutari, & resignari possunt in manibus Papæ, & ab eo provideri absque ullo prejudicio unionis.*
- 15 *Sub Indulto conferendi Beneficia concessa Universitati Lovanii non comprehenduntur Vicarie, qua semper ad nominationem Abbatis, sive Superioris illius Monasterii, vel Ecclesie, cui unita comperiuntur, sunt conferenda.*

## DECISIO II.

**A**D Vicariam Loci de Jemeppe vacatam per obitum Henrici Massart sequutum de mense Novembbris anni 1716. Abbas Ven. Monasterii S. Jacobi Leodii Ordinis S. Benedicti, utporè eidem Monasterio unitam præsentavit Martinum Coppin, Decanus verò facultatis Artium Universitatis Lovaniensis, eui ex speciali privilegio Apostolico jus competit conferendi Beneficiā vacantia per obitum in mense Novembbris, & alternis annis illa quoque vacantia in mense Januarii, eam contulit Gerardo Theodoro Boussart, qui coram Judice Conservatore privilegiorum dictæ Universitatis in contumaciam Martini non comparentis, & de sola jurisdictionis incompetentia excipientis sententiam favorablem obtinuit, sed controversia in nostro auditorio postmodum in gradu appellationis reassumpta, resolutio, quæ ob suffragiorum scissuram in ancipiū stetit in audiencia diei 13. Junii superioris anni, hodie tandem prodidit favore dicti Martini, cui controversiam Vicariam adjudicandam esse responsum fuit in vim nominationis per ipsum, ut supra reportatae ab Abate jam dicti Monasterii S. Jacobi, ad quem vigore unionis prædictæ Ecclesiæ factæ proprio Monasterio, illius Vicarii nominatio indubie pertinere dignoscitur, juxta præscriptum notissimæ Pianæ Constitutionis, de qua ad hunc propositum Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. S. 4. n. 59. Garz. de Benef. par. 4. cap. 2. nu. 308. Barbos. de Jur. Paroch. cap. 1. num. 4. Turricell. de union. cap. 4. num. 55. Rot. coram Buratt. decif. 150. num. 6. coram Duran. decif. 2. num. 2. in Compostellana Parochialium, 13. Martii 1716. §. Justificatio coram Reverendissimo P. D. meo Ansaldo, & in alia Compostellana Parochialis, 11. Maji ejusdem anni §. Earundem enim coram R. P. D. meo Cerro, & 26. Februario 1717. §. Ita enim coram R. P. D. meo de Gamaches.

2. De unione autem controversæ Vicariæ jam dicto Monasterio constare visum fuit non quidem ex conjecturis, sive signis, aut argumentis, per quæ in defectum Instrumenti, sive alterius irrefragabilis justificationis eam ceteroquin probari,

bari, passim notavit Rota in specie coram Priol. decis. 252. nu. 10. coram Card. Cerro decis. 886. num. 1. coram Emerix jun. decis. 1334. num. 2. in Mediolanen. Jurum Parochialium 20. Aprilis 1708. §. Ex quibus coram Eminentissimo D. Card. Scotto, & in dicta Compostellana Parochialium 13. Martii 1716. §. Ex his coram Reverendiss. P. D. meo Decano, sed apparere enituit ex publicis documentis relatis in Summario Martini num. 2. Ex quibus cum pateat per Episcopum Leodiensem usque ab anno 1406. & iterum de anno 1476. per san. mem. Sixtum IV. dicto Monasterio S. Jacobi pleno jure unitam, & incorporatam fuisse Ecclesiam Parochiale de Seraneo, sive de Seraing. cum omnibus juribus, & pertinentiis suis; Inde sequitur eidem Monasterio incorporatam quoque dici debere Vicariam controversam, ut potè quæ dictæ Parochiali Ecclesiæ de Seraingh unita, unus corpus cum illa constituit, & de ipsius juribus, ac pertinentiis nuncupatur, ex communiter notatis per Doctores in cap. super eo de præbend. in 6. & in cap. quia Monasterium de Relig. domib. Franc. de Eccles. Cathedral. cap. 8. nu. 496. Card. de Luc. de Regular. disc. 52. num. 8. Rota coram Duran. decis. 14. num. 13. & decis. 92. num. 11. in rec. decis. 49. num. 4. par. 15. in Recanaten. Beneficii 20. Martii 1702. §. Quoniam, & §. Non obstante coram clar. mem. Card. Caprara, & in Neapolitana Unionis 23. Junii 1710. §. Ratio sic decidendi cum seqq. cor. bon. mem. Molines.

Incorporationi huic non resistente allegata ejusdem Vicariæ dismembratione à Parochiali Ecclesia de Seraingh, sequita de anno 1315. & sic ante jam dictæ Parochialis unionem factam primodicto Monasterio S. Jacobi, quia dicta dismembratio non fuit plenaria, & absoluta, ac ad omnes, & quoscumque effectus, sed solummodo ad consulendum necessitatì Parochianorum, quibus ob distantiam loci ab Ecclesia Parochiali de Seraingh, & maximè ob impedimentum fluvii Mosæ tempore hyemali, plerumque superfluentis, illius Rector juxta casum contingentias præstò esse non poterat in administratione Sacramentorum, itaut non raro propter accessus difficultatem Parochiani sine Sacramentis obirent; Cui necessitatì

quemadmodum satìs, superque provisum remanebat per dismembrationem solius curæ actualis, salva, firmaque semper remanente cura habituali penè Matricem Ecclesiam de Seraingh, ita prædicta necessitate ex sola dismembratione curæ actualis sublata, deventum fuisse non censetur ad totalem, plenariamque dictæ Vicariæ dismembrationem, quæ re-

4 medium dicitur prorsus extraordinarium, & in subsidium unicè admittendum, ubi nempè Parochianorum necessitati alio modo, quām per solam curæ actualis dissecationem consuli non valeat, juxta ponderata per Tranched. in consult. 104. nu. 11. & seq. Frass. de reg. Patr. Ind. cap. 68. num. 28. tom. 2. Murg. de benef. quæst. 6. sub num. 24. Barb. de pot. Episc. alleg. 78. num. 7. Rot. coram Coccin. decis. 1428. num. 4. in recent. decis. 578. num. 7. & seq. par. 19. tom. 2. in Leodien. Dismembrationis 1. Februarii 1712. §. Idcirco cor. R.P.D. meo Falconerio, & 3. Iulii 1713. §. Minimè subsistente cor. R.P.D. meo Crispo. Et in specie, quod ex tali dismembratione ob similem causam facta cura habitualis ab Ecclesia Matrice avulsa non censetur, respondit Rota in rec. decis. 204. num. 1. par. 17. ubi concordanteres.

5 Juridicam hanc dictæ dismembrationis intelligentiam confirmantibus etiam pluribus, & potissimum onere Ecclesiæ Matrici adjecto præstandi Congruam Vicario de Jemeppe, qui de facto post unionem favore Monasterii S. Jacobi expletam ejusdem Congruæ supplementum contra Abbatem ipsius Monasterii obtinuit per concordiam celebratam usque de anno 1643. Ex hoc enim validissimum resultat argumentum circa subjectionem dictæ Ecclesiæ de Jemeppe, & residentiam curæ habitualis penè Ecclesiam Matricem, cum ipsa nullo jure ad hujuscem Congruæ præstationem, nec Monasterium ad illius supplementum obligari valuerint, quoties Ecclesia controversa per dictam dismembrationem effecta fuisset Parochialis libera, & independens cum totali separatione ab Ecclesia Matrice; per ea, quæ aliàs advertit Rota in Compostellana Parochialis 11. Maii 1716. §. Plenaria cor. R.P.D. meo Cerro, & 26. Februarii 1717. §. Certius cor. R.P.D. meo de Gamaches, in alia

alia Compostellana Parochialium 13. Martii 1716. §. De unione coram Reverendissimo P. D. meo Ansaldo Decano, & 5. Maii 1717. §. Demum coram R.P.D. meo Crispo.

6 Insuper idipsum convincebat nedum reservatio juris percipiendi decimas in circumdario Ecclesiae de Jemeppe, alia que ab istius Parochianis Ecclesiae Matrici tradi solita pro luminari, ut ad arguendam residentiam curae habitualis, ac populi subjectionem notavit Rota in Tarraconen. Parochialis de Vimboldino 15. Januarii 1706. §. final. cor. Reverendissimo P. D. meo Ansaldo Decano, & in Compostellana Parochialium 13. Martii 1716. §. Augebatur cor. eodem, & 15. Martii 1717. §. Demum coram R. P. D. meo Crispo. Verum etiam præservatio juris Matricitatis, explicitè in eodem Instrumento dismembrationis adjecta in his verbis = *Salvo tamen jure Matricis Ecclesiae, quæ scilicet Mater Ecclesia in filiam habere consuevit.* Ex hac enim præservatione juncta cum qualitate dismembrationis unicè expletæ ad occurendum Parochianorum necessitatí, & cum reservatione juris percipiendi decimas, ac alia Ecclesiae Matrici pro luminari offerri solita, necnon etiam juncto onere præstandi congruam Vicario ejusdem Ecclesiae de Jemeppe rectè convincitur farcta, rectaque penes Ecclesiam de Seraingh remansisse non sola jura honorifica, & præminentia in peragendis functionibus Ecclesiasticis, ut perperam Scribentes pro Theodoro insinuare satabant, sed quidem cætera omnia jura Ecclesiae Matrici in filialem Ecclesiam competentia, & præcipue jus nominandi in ea. Sacerdotem, necnon totalem, plenariamque illius subjectionem, & consequenter veram, propriamve Matricitatem cum plena curae habitualis pertinentia, ad Text. in cap. ad audientiam, ibique Gloss. verb. Rectoris de Eccles. edif. Azzor. Inſit. moral. par. 2. lib. 9. cap. 3. in fin. Rebuff. de Decim. quæſt. 6. num. 7. Card. de Luc. de Decim. diſc. 12. sub num. 13. verſ. Tertia. demum, Rot. decif. 204. num. 1. par 17. & decif. 7. num. 7. cum ſeqq. par. 18. tom. 1. recent. Et benè diſtinguendo inter Matricitatem impropriam ſufficientem pro ſola præminentia honorificantia, & Matricitatem propriam, ſeu rigorosam, omnino requiritam pro decimarum perceptio-

ne, Vicarii præſentatione, ac aliis, de quibus ſupra, notavit Rota in Bifinia- nen. præminentiarum 10. Februarii 1710. §. Nec deerat cum §. penult., & 16. Januarii 1716. à §. Quodque uſque in fin. coram Reverendissimo P. D. meo Ansaldo Decano.

7 Præmissis non riferente ponderatione, quod in actu diſmembrationis duobus Parochis constitutis, certaque Territorii parte unicuique ipsorum destinata, dictum fuerit, eorum quemlibet de propria Parochia contentum eſſe debere = & quod alter in alterius Ecclesia, vel Parochia nihil juris amplius ſibi poſſet vindicare. Quoniam cùm id actum, dictumque vide- ri poſſit ad eum præcipuum finem, & effe- ctum, ut facilior redderetur cura Animarum, mediante libero, & absoluto illius exercitio unicuique ex Parochis intra- præstitutos fines demandato, ideo optimè talis expressio intelligi; & verificari potest respectu Curæ actualis, nequaquam verò referri ad totalem separatio- nem Curæ etiam habitualis; maximè at- tenta ſubsequenti immediata præſerva- tionē omnium jurium præferentium subjectionem Ecclesiae filialis erga Matricem saltē quoad Curam habitualē; Ex qua profectō explicita, & immediata præſervatione rectè convincitur, diſmembrationem præcedentem fuſſe reſtrictam intrā ſolos limites Curæ actualis, ſalva manente habituali penes Ecclesiam Ma- tricem de Seraingh ex notatis per Azzor. Inſit. Moral. par. 2. cap. 12. quæſt. 13. lib. 3. Pignattelli. consult. Can. 109. num. 1. & con- ſult. 167. num. 2. tom. 9. Card. de Luc. de Decim. diſc. 12. num. 13. Rot. in rec. dec. 7. num. 7. par. 18. tom. 1.

8 Clarè id insuper comprobante ſubſequuta obſervantia tum affirmativa, tum etiam negativa, optimè d. diſmembrationis quidditatē demonstrante, ut di- dit Rota in recent. dec. 720. nu. 13. par. 18. dec. 416. num. 4. par. 19. & dec. 87. num. 5. coram Emerix jun. Et quidem affirmativa ex eo coruſcabat, quia non ſolū, ut jam prænotatum fuit, Monasterium S. Jacobi percipit decimas, & tributum pro luminari intra fines Ecclesiae de Jemeppe, Congruamque præstat Presbytero in ea deputari affueto ſub perpetua denomi- natione Vicarii, ſub qua nonniſi Cura tan- tū

tum actuali pollentes indigitari solent, ut  
ait Rota in Salisburgen. Vicaria super bono  
jure 4. Februarii 1715. §. His additur cor.  
R.P.D. meo Crispo. Verum etiam, quia  
quoties eadem Vicaria dimitti contigit,  
semper dimissa, seu resignata fuit in ma-  
nibus Abbatis, ad cuius nominationem in  
illius vacationibus sive per resignationem,  
sive per obitum contingentibus pro-  
visa semper fuit ab Ordinario Collatore;  
Quod sanè contingere non poterat nisi  
supposita ejusdem Ecclesiæ unione, & in-  
corporatione jam dicto Monasterio S. Ja-  
cobi, ut ad rem notant Turricell. de union.  
cap. 4. num. 53. Rot. coram Merlin. dec. 95.  
num. 4. 5. & decis. 625. num. 3. coram Bich.  
decis. 336. num. 4. & in Basiliens. Parochialis  
5. Martii 1700. §. Exinde cor. bo. mem.  
Molines, & 26. Junii 1702. §. final. coram  
Reverendissimo P. D. meo Decano, in Leo-  
dien. Parochialis, seu Vicaria 1. Julii 1707.  
§. Minusque coram Reverendissimo Aldro-  
vando, & in Compostellana Parochialis 11.  
Maji 1716. §. Secunda coram R. P. D. meo  
Cerro.

9 Negativa verò ex eo profluebat, quia  
non solum controversa Vicaria spatio  
centum sexaginta annorum post Concilii  
Tridentini publicationem numquam pro-  
visa fuit per concursum, quemadmodum  
ad præscriptum ejusdem Concilii in cap.  
18. sef. 24. de reformat. provideri omnino  
debuisset, si non fuisset unita, & ab Ec-  
clesia Matrice ratione curæ habitualis  
dependens, ut ad istum effectum pluries  
notavit Rota in specie in Novarien. Paro-  
chialis, seu Vicaria S. Martini 22. Junii  
1705. §. Quod autem, & §. Nibilominus  
coram clar. mem. Card. Caprara, in Compo-  
stellana Parochialis 11. Maji 1716. §. Ista-  
que unio coram R.P.D. meo Cerro, in alia  
Compostellana Parochialium 13. Martii  
1716. §. Certoque certius coram Reveren-  
dissimo D. meo Ansaldo Decano, & 5. Maji  
1717. §. Et præmissis coram R. P. D. meo  
Crispo. Verum etiam nullus adducebatur  
actus, ex quo appareret, hanc Vicariam  
tanquam reservatam à S-Sede, vel ab ipsa  
Universitate Lovanii vigore ejus Indulti  
provisam fuisse, & tamen in adeò longæ-  
vo trium sæculorum decursu, verisimile  
non est, nullam contigisse vacationem  
in mensibus reservatis, ut notatum fuit in  
Parmen. Beneficii 16 Januar. 1702. §. fin.

coram Reverendissimo P. D. meo Decano,  
in Tarraconen. Beneficii 12. Aprilis 1712.  
§. Absque eo quod coram R. P. D. meo Lan-  
cetta, & in Augustana summa Custodiæ su-  
per secundis literis 21. Junii 1715. §. Al-  
terum cor. R.P.D. meo Falconerio, in Com-  
postellana Parochialium 13. Martii 1716.  
§. Indubitantiū cor. Reverendissimo P. D.  
meo Decano, & 5. Maji 1717. cor. R.P.D.  
meo Crispo.

Observantia huic non resistentibus iis,  
quæ pro parte Gerardii in contrarium de-  
ducebantur, potissimum circa nominatio-  
nes Vicariorum ab Abbatibus pro tem-  
pore dicti Monasterii S. Jacobi expletas  
cum qualitate præsentationis, quæ non  
convenit nisi juripatronatus cum unione  
penitus repugnant, ut in Gerunden. Pa-  
rochialium super unione 18. Junii 1714.  
§. Nec minus cor. Reverendissimo Decano,  
i quia ultra quod vocabula nominationis,  
& præsentationis inter se fraternizant,  
ut in simili notat Rota in Compostellana  
Parochialium 13. Martii 1716. § Consta-  
bilita cor. Reverendissimo P. D. meo Decano;

i2 accedit etiam quod cum illæ duplice ex  
titulo fieri potuerint juripatronatus  
nempè, vel unionis, ut ait Rota in recent.  
decis. 441. num. 7. & 8. par. 5. decis. 330.  
num. 24. & seq. par. 9. & in Compostellana  
Parochialis 11. Maji 1716. §. Secunda ve-  
rò coram R. P. D. meo Cerro, ideo præ-  
sentationes prædictæ obstarent quidem  
unioni, quatenus expletæ apparerent ra-  
tione juripatronatus illi omniō contra-  
rii, ut ait Rota in Bituntina, seu Basiliens.  
Parochialis 5. Martii 1700. §. Est certum,  
& 27. Junii 1701. §. Absque en quod coram  
bon. mem. Molines, & in Gerunden. Pa-  
rochialium super unione 28. Junii 1704.  
§. Nec minus coram Reverendissimo D. meo  
Decano; At eidem unioni haud quaquam  
officiunt si ratione illius, prout in præ-  
senti ex supranotatis, factæ comperian-  
tur, Rot. in rec. decis. 441. num. 6. & seqq.  
par. 5. decis. 947. num. 4. cor. Emerix jun.  
in Compostellana Parochialis 11. Maji 1716.  
§. Secunda, & §. Atque binc coram R.P.D.  
meo Cerro; & in alia Compostellana Pa-  
rochialium 16. Martii ejusdem anni §. Consta-  
bilita cor. Reverendissimo P. D. meo Ansal-  
do Decano.

i5 Institutiones verò, & collationes in ti-  
tulum ejusdem Vicariæ utique illius unio-  
nem

nem destruere, eique adversari nullatenus videbantur, quia in hujusmodi Vicariis perpetuis, & collativis perpetuitas tituli adaptatur tantummodo, & cadit super simplici exercitio curæ actualis, illiusque respectu verificatur vacatio, & collatio in titulum, ut tradunt *Turricell. de union. cap. 11. num. 77. Card. de Luc. de benef. disc. 97. num. 19. Rot. in recent. decis. 37. nu. 8. par. 4. tom. 1. decis. 379. nu. 4. coram Emerix jun. in Compostellana Parochialis 11. Maij 1716. S. Prout nil detrahit, & S. Atque coram R. P. D. meo Cerro, & in Friesingen. Juris deputandi Curatos 22. Junii ejusdem anni S. Verum cor. eodem. Unde nec etiam urgere in contrarium poterat aliquando facta expressio vacationis respectu Vicariæ, & denominatio Rectoris respectu Vicarii, cum utraque licet impropriè verificari possit circa exercitium Curæ actualis, ut promiscuè de his, aliisque exceptionibus agendo in proposito advertit *Card. de Luc. de benef. disc. 97. num. 19. Rota coram Emerix jun. decis. 279. num. 4. in Burgen. Jurisdictionis super actibus Parochialibus 26. Junii 1715. S. Neque sufficit coram R. P. D. meo Crisp. Actus verò provisionum hujus Vicariæ 16 novissimè exhibiti, unus nempè de anno 1530. vigore precum Imperialium, & alii duo à S. Sede expleti de annis 1634. & 1688. in nihilo penitus officere visi sunt, quoniam respectu primi non resultat, Precistam ad Vicariæ possessionem admissum fuisse, ultra quam quod hujusmodi Vicariæ tunc temporis poterant sub Imperialibus precibus comprehendendi, prout comprehendebantur sub aliis Apostolicis reservationibus, ut latè probat *Gonzal. ad reg. Cancell. gloss. 5. S. 3. num. 19. & seqq. quæ reservations cùm postea, de anno nimirum 1567. respectu istarum Vicariarum penitus cessaverint ob tunc superventam Constitutionem S. Pii V. inter suas in ordine la 47. mandantem, Vicarios perpetuos imposterum semper deputari debere ad nominationem Abbatis, sive alterius Superioris illius Monasterii, vel Ecclesiæ cui reperiuntur unitæ, sub examine tamen, & approbatione Ordinariorum, cessarunt quoque in eisdem Vicariis primariæ preces, ut prosequitur idem *Gonzal. ad reg. Cancell. gloss. 5. S. 3. à num. 59. cum seqq. & de facto à dicto****

*Pars VI.*

tempore citra primariæ preces ad Vicariam controversam nunquam concessæ apparent.

*17. Ex reliquis verò duabus Apostolicis provisionibus nihil penitus deduci posse visum pariter fuit; Quoniam illa anni 1634. remanebat prorsus æquivoca, dum non exhibebantur literæ Apostolicæ, sed solùm ex Regulis Curiæ Archidiaconalis Brabantiae eruebatur, quemdam Willemum constitutum fuisse Vicarium auctoritate Apostolica, quod verificari potest de provisione, quam ad terminos dictæ Pianæ Constitutionis reportare tenentur omnes de hujusmodi Vicariis provisi, ut advertit *Gonzal. ad reg. Cancell. gloss. 7. S. 4. num. 63. Ultra quam quod cum dicta provisio facta non appareat tamquam de reservato in vim regulæ octavæ, itaut ea alia de causa, sive aliis modis sequi potuerit, hoc est per resignationem, sive permutationem, veluti fuit alia provisio anni 1688., ideo ex hujusmodi provisionibus diversa beneficii natura, seu qualitas argui non valet, cùm etiam Vicariæ perpetuæ, & unitæ permittari, & resignari possunt in manibus Papæ, & ab eo provideantur absque ullo præjudicio unionis, & habentium illius vigore jus nominandi, *Paris. de resign. lib. 2. quaest. 4. num. 3. Rot. coram Bich. decis. 118. num. 24. cor. Card. Cerro dec. 203. num. 5. in Forolivien. Parochialis 26. Aprilis 1706. S. Prout neque urget cum seqq. cor. bon. mem. Omanna, in Augustana Summa Custodia super secundis literis 21. Junii 1715. S. Minus relevat coram R. P. D. meo Falconerio, & in Gerunden. Eleemosyna panis super reservatis 14. Martii 1718. S. final. cor. R. P. D. meo Cerro.***

Evanescente ex his etiam ultimo statu favore Gerardi desumpto ex jam dicta postrema Apostolica provisione anni 1688. cuius efficacia potius in contrarium retorqueri videbatur, dum ex depositione Mathiae, ex cuius resignatione Henricus novissimus controveræ Vicariæ possessor illius provisionem à S. Sede reportaverat, habetur, ipsum eamdem Vicariam de anno 1676. obtinuisse ad nominationem Abbatis sacerdici Monasterii S. Jacobi, eamque ad diem usque factæ jam dictæ resignationis possedit, & propterea quemadmodum d. ultimus status Martino po-

*I i i t i u s*

tius favere dignoscebatur ideo omni jure eidem controversam Vicariam adjudicandam esse Domini existimarunt, excluso penitus Gerardo, quamvis collationem habente à Decano Universitatis Lovaniensis, pollente privilegio conferendi beneficia vacantia in mense Novembbris, cùm sub hujusmodi Indulto non comprehendantur similes Vicarie, quæ semper ad nominationem Abbatis, sive Superioris illius Monasterii, vel Ecclesie, cui unitæ comperiuntur, conferendæ sunt, ut generalibus omissis in specie pro exclusione privilegiorum Universitatis Lovanii differit *Vames. cons. Canon. 240. n. fin. Nicolart. ad Concord. German. tit. 1. dub. 7. §. 10. Rota in Leodien. Parochialis, seu Vicaria 1. Julii 1707. §. final. cor. Reverendissimo Aldrovando.*

Et ita post secundam Causæ propositionem responsum fuit, partibus utrinque dimicantibus &c.

#### R. P. D. L A N C E T T A

Pampilonen. Beneficii de Yrun.

Luna 23. Januarii 1719.

#### S U M M A R I U M .

- 1 Nonnullis Patronis nulliter præsentantibus, totum jus consolidatum remanet in aliis Compatronis, qui rite, & rette præsentarunt: & num. 10.
- 2 Præsentatio, aut nominatio facta per sortes, an sit de jure canonico prohibita: & num. 8.
- 3 Officialis, seu Procurator Communitatis Patronæ, excedens in præsentatione fines mandati, & à præscripta facultate aberrans, dicitur nulliter præsentare.
- 4 Officialis, seu Procurator Communitatis Patronæ excedisse fines mandati in præsentando, ex quibus desumatur: & nu. 5. & seq.
- 5 Cæca fors, & fallax in minus idoneos sepè transcurrit, & aliquando etiam indignos promovet.
- 7 Officialis, seu Procurator excedens formam mandati in præsentando, dicitur scienter illam excedere. Amplia ut ibi!
- 9 Officialis, seu Procurator Communitatis Patronæ, nulliter præsentans, ab utendo

poteestate sibi tradita, quam servare juravit, amittit potestate presentandi.

- 11 Nulliter præsentans, si adsit alius, qui validè præsentavit, cum protestatione nullitatis præsentationis, an possit ad novam præsentationem devenire.
- 12 Vitium primæ electionis nullitatem insuit in ejus ratificationem.
- 13 Dispensatus super defectum natalium, nullum habet obstaculum ex hoc capite, consequendi beneficium patronale.
- 14 Qualitas approbati ad audiendas confessiones non requiritur actu in consecutione beneficii, quando à Fundatore datur facultas habendi in bujusmodi munere substitutum.
- 15 Qui non est legitimus contradictor excipere nequit adversus præsentatum.

#### D E C I S I O III.

**J**US præsentandi, quod habet Communitas Oppidi de Yrun ad plura beneficia Ecclesie Parochialis dicti loci, exerceri consuevit ex illius decreto anni 1556. à novem Officialibus singulis annis deputari solitis prævio juramento de eligendo personam habilem, juxta dictamen propriæ conscientiæ, qui, occurrente aliquo vacationis casu, vices Communitatis adimpleant, & coram Ordinario, prout de jure, suam expleant præsentationem.

Vacavit alterum ex his beneficiis de mense Decembris anni 1715. & dicti Officiales paulò post se congregarunt ad faciendam nominationem, quia tamen concordes non erant circa personam nominandam, diversimodè processerunt: Quatuor enim ex eis præsentarunt Josephum de Arbelaitz: alii verò quinque decreverunt eorum nomina, circa quos diū inter se disseruerant, in urna argentea deponere, exindeque per manum infantis schedulam extrahere, & eum, cujus nomen in schedula scriptum esset, habere pro præsentato.

Et quamvis alii quatuor Officiales, qui Josephum concorditer, & legitime jam nominaverant, protestari fuissent de nullitate præsentationis ita facienda per sortes, adhuc commissa Notario sicut schedularum conscriptio, deuentumque extitit ad extractionem, ceciditque fors su-

per

per Lazarum de Tompes, & eum dicti quinque Officiales haberi velle pro præsentato statuerunt. Atque hunc agendi modum confirmarunt sub die 6. Januarii subsequentis, quā die rursus congregati omnes fuerunt, decernendo, non obstante novā aliorum quatuor protestatione, quod casu quo esset valida præsentatio facta per sortem ad favorem Lazari Tompes, illam ratificabant, & approbabant: Casu verò, quo aliqua opponi posset exceptio adversus dictam præsentationem tamquam factam per sortem, iterum præsentabant eumdem Lazarum.

\* His peractis instructa fuit lis coram Ordinario inter Josephum, & Lazarum prætensores pro consequenda ad Beneficium institutione, sed mediante sententia definitum fuit, institui debere Josephum; nec diversimodè hodie decisum extitit in nostro Tribunali; Proposito namque dubio, in cuius resolutione concordes Domini non fuerunt in Audientia dici 14. Martii elapsi anni, responsum fuit = *Institutionem dandam esse Josepho.*

1. Licet enim primo aspectu institutionem sibi promereret videretur Lazarus uti à majori Patronorum parte præsentatus, ad *Text.* & *gloss.* in *cap.* quoniam de jurepatr. adhuc tamen quia illius præsentatio nulla fuit, totum jus consolidatum remansit in aliis, qui ritè, & rectè Josephum præsentarunt. *Rot.* *decif.* 82. *num.* 2. *par.* 7. *decif.* 352. *num.* 7. *par.* 16. *rec.* in *Leodian.* *Beneficii* 25. *Februarii* 1717. §. Et nibilominus coram Reverendissimo D. meo Ansaldo Decano, & in Rbegien. *jurispatr.* 16. *Januarii* 1708. §. Tantum autem coram bon. mem. Molines.

2. Nullitas autem ejus præsentationis, quam pro se allegat Lazarus, non ex ea tantum generali ratione desumpta fuit, quod utpotè facta per sortes esset in jure Canonico prohibita, ex *Text.* in *cap.* fin. de sortileg. quem habere locum non in solis canonicis electionibus, sed etiam in præsentationibus, ac nominationibus latè firmatum fuit in Majoricen. *Beneficii* 25. *Junii* 1699. §. *Arrist* coram Reverendissimo D. meo Ansaldo Decano inter ejus impressas *decif.* 95. *num.* 3. & 4. *confirmat.* 29. *Martii* 1700. §. Ac propterea coram bon. mem. Muto, in cuius decisionis annotatione per eumdem Reverendissimum

*Pars VI.*

Decanum egregiè explicantur termini decisionis in Ariminē. *Cappellaniæ coram bon. mem.* Bourlemont impress. *decif.* 459. *par.* 19. *rec.* & pro parte Lazari allegatæ, verū ex iis præcipue hujus facti circumstantiis, quæ rem in concreto perpensam ponere videbantur extra difficultatem.

3. Ponderabant enim, quod novem Op̄idi Officiales deputati ad faciendam præsentationem, hujusmodi facultatem obtinuerant mediante mandato præscribente certum modum faciendæ præsentationis, & hujusmodi mandatum non solùm acceptarunt, sed ad illius tenorem allata Cruce, eaque præ manibus habita in strictioris quodammodo fidei expromissionem jurarunt eligere Personas, quas in Domino, & juxta dictamen propriæ conscientiæ habiles, & idoneas esse censerent = Unde resultat Officiales istos non esse directos Patronos, circa quos cadere possit quæstio dictarum decisionum, sed Mandatarios Universitatis Patronæ, itaut si fines mandati excesserunt, aut à præscripta facultate aberrarunt, aetum omnino nullum expleverint ad *Text.* in *l.* si *Procurator C. de Procur.* & *l.* si *diligenter 5. ff. mandat.* Bald. *conf.* 402. *num.* 3. *Roc.* *disput.* *Jur.* *cap.* 152. *nu.* 2. *Rot.* *cor.* *Coccin.* *dec.* 1849. *nu.* 3. & *dec.* 535. *nu.* 10. & 15. *par.* 19. *rec.* *tom.* 2.

4. Ad ostendendum verò, quod mandati formam non servaverint ii quinque Officiales, quorum habet præsentationem Lazarus, satis esset ponderare mox relata juramenti verba, ex quibus in aperto est eorum unumquemque singulariter suscepisse obligationem nominandi Personam idoneam, & habilem juxta dictamen propria conscientiæ, id, quod committendo sorti extractionem unius Personæ ex pluribus, inter quas magis, & minus habiles, & idoneæ esse possunt, non videtur fauisse servatum, quia cœca sors, & fallax in minus idoneos sèpè transcurrit, & aliquando etiam indignos promovet: Argumento *Text.* in *cap.* fin. de purgat. vulgar. Joannes Andreas in *cap.* fin. de sortileg. n. 6. Gonzal. ibidem nu. 8. & Barbo. nu. 3. ibi = qui sorte eligitur humano judicio non comprehenditur, quia cœca sors est, & fortuna, que sèpè indignos promovet, & dignos premat &c. cum aliis apud Reverendissimum Decanum d. *decif.* 97. *nu.* 14. & seqq.

Iii 2

Ac

Ac etiam quia committere judicio sortis electionem, idem est, ac eligere alieno judicio, ut est illud fortunæ, non autem eligere juxta dictamen propriæ conscientiæ, quod non aliter, quam per viam votorum adimpleri potest.

6 Confirmatur tamen ulterius mandati excessus ex eo, quia fuisse ex mente Communitalis clare ex eodem mandato, & deputatione comprehenditur, quod nominatio, & electio alio modo fieri ab ejus Officialibus non posset, quam singulariter suffragia ferendo, & votando: paetum enim fuit, quod iidem qui supra (sunt verba mandati) votarent, & presentarent, sicut in Domino expediens sibi videretur & rursus facultatem impartiti fuerunt dictis novem Votantibus, ut modo præmisso procederent ad presentationem &c. Et demum volendo ibi quod Obtinentibus majorem partem dictorum novem votorum Beneficia prefata, & Rectoria conferrentur: Unde tantò minus poterant omittendo ferre suffragia, & proprium pandere judicium fortuito sortis casu committere nominationem, in qua facienda eorum industriam, & conscientiam Communitas elegerat, ad Text. in cap. final. §. Is autem de off. delegat. Vant. de nullit. ex defectu jurisdict. deleg. nu. 21. vers. seu dictum fuisse, Menoch. de arbitr. cas. 68. num. 18. & plenè Rot. decis. 208. num 36. & seqq. & num. 54. cor. Dunoz. jun. Itaut dubio procul quoties Deputatis commissa electio fuerat certa forma eis præscripta, scilicet per viam votorum juxta dictamen propriæ conscientiæ, & prout expediens in Domino eis visum fuisse, hac formâ ad unguem non servata, actus remaneat inevitabiliter nullus ex defectu mandati Mantica de Tacit. lib. 7. tit. 15. nu. 3. & 7. Modernus Asulan. decis. Florent. 28. nu. 3. & Rocc. disput. jur. d. cap. 152. nu. 2.

Ex his facti circumstantiis inutilis redditur, & alia per Partes assumpta disputatio; Utrum licuerit ex consuetudine Hispaniæ, (quæ ceteroquin nequidem probabatur, prout necesse fuisse) deve-nire per sortes ad presentationem, vel saltem excusarentur ratione ignorantiae à nullitate Officialis ita presentantes: Quia si non uti Patroni, sed Mandatarii presentarunt, non ex generali consuetudine, sed ex mandato legem sibi habere debe-

bant, & si nullitas provenit, ex quo pec-carunt contra formam mandati, & commissionis habitæ à Communitate Patrona, talis excessus scienter dicitur commissus contra legem, ex qua jus desumebant, & quam ignorare non valuerunt, itaut nul-lam promereri valeant excusationem: Gloss. in cap. innotuit verb. ignorantiam de elect. Rocc. de Curt. de jurepat. in verb. ho-norificum nu. 17. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 18. num. 6. Rot. in Volaterrana Bene-ficii 7. Decembris 1708. §. Nulla coram R.P.D. meo Crispo, & in Tarraconen. Be-neficii 19. Januarii 1712. §. Prout etiam coram Me. Quid autem dicendum erit, quando etiam Officialis ita nulliter pro-cedentes moniti de tali nullitate fuerunt, & interpellati ab aliis forma debita præ-sentationem fieri debere contendebut, & sortis experimento contradicentibus in modum, ut stante hujusmodi contradic-tione nequidem sit allegabilis observan-tia pro parte Lazari ex statu anni 1713. in quo per sortes pariter processum exti-tit; quia nemo tunc contradixit, & in præsentatione coram Ordinario facta sortis experimentum expressum non fuit, & fortasse non fuisse ab illo admissum, ut in præsenti contigit, & sic remansit actus sub-reptione infectus, & non attendendus, quando adfuit contradic-tio ad Regul. de qua decis. 227. num. 9. par. 18. recent. & passim.

8 Absque eo quod sustineri saltem præ-sentatio ex eo promereatur, quod ad il-lam per sortes deventum fuerit in con-cursu tantum duarum personarum, quæ æquæ habiles, atque idoneæ fuerant jam ante ab Officialibus dijudicatae: Quia præterquamquod est etiam in tali casu in-ter Doctores controversia utrum id li-ceat, sicut refert Reverendissimus Decanus in allegat. decis. 95. num. 17. circa finem, non exinde evitatur excessus commissio-nis habitæ procedendi per vota, & suffra-gia, dum præsertim inter æquæ dignos concurrentes ad Beneficium consequen-dum connumerari debebat etiam Joseph ab aliis Patronis nominatus, qui tamen ab aliis quinque Officialibus posthabitus fuit, & erat Sacerdos antiquior, & diu-tius Ecclesiæ inserviverat: Unde cessat quoque in facto supposita meritorum æqualitas, & advertit Rota d. decis. 95. num.

num. 18. cor. Reverendissimo P. D. meo An-

saldo Decano.

Neque sui juris præsidium deducere potest Lazarus ex secundo actu, ad quem devenerunt quinque Officiales ejus fautores sub die 6. Januarii, exinde inferendo, quod non tantum habet pro se dictam præsentationem, seu electionem factam per sortes, sed etiam aliam præsentationem extra quamcumque fortunæ aleam de se factam: Probè namque, & maturè inspecta qualitate istius secundi actus censuerunt eodem modo Domini, quod remaneret inefficax. Tum ex quo, dum nulliter elegerunt abutendo potestate sibi tradita, quam sciebant, & scire tenebantur, ac de facto servare juraverant, dicuntur in culpa, & mala fide, & pro ea vice eligendi potestatem amiserunt, ut passim habetur de Patronis præsentantibus contra legem fundationis apud Vianum de jurepatronatus p. 2. lib. 6. cap. 7. nu. 69. Maranta respons. 28. nu. 8. & seqq. lib. 3. Tondut. quæst. Benef. par. 1. cap. 118. num. 32. Lotterius de re benef. lib. 2. qu. 18. num. 6. & in puncto advertit Reverendissimus Decanus in adnot. ad sæpectatam decif. 95. num. 26. Tum ex quo facta legitimè per alias Compræsentantes nominatione cum protestatione nullitatis adversus eos, qui præsentationem per sortes facere intendebant, vox eorum qui nulliter, & culposè ad actum præsentationis devenerunt, cæteris accrebit vocalibus minorem partem constituentibus, fuitque jus quæsumum ab ipsis nominato, & præsentato, ut per Text. in cap. gratum, de postulat. Pralator. & gloss. 161. verb. pauciores probant Barbos. de jure Eccles. lib. 1. cap. 19. num. 83. & seqq. Lavor. de elect. cap. 21. num. 47. Pafferin. eodem tractat. cap. 31. num. 3. 4. & 8. & cum aliis Rota in allegata Rbegien. Jurispatronatus 16. Januarii 1708. §. Tantum coram bon. mem. Molines, & non potuerunt propterea in præjudicium juris quæsiti alteri ab illis legitimè, & cum dicta nullitatis protestatione nominati, devenire alii ad novam præsentationem, ut docent Hostien. in cap. quia propter de elect. num. 59. citat. Pafferin. de elect. cap. 18. num. 39. Sperell. decif. 180. num. 21. & 22.

Tum demùm etiam ex quo, & ista nova præsentatio fuit nulla, ut potè facta non

servata forma mandati suis Officialibus à Communitate traditi, dum prætermisserunt præstare juramentum de idonea, & habili persona juxta dictamen propriæ conscientiæ eligenda, quod quidem juramentum præstandum tories erat, quoties ad actum electionis Officiales devovere intelligebant, itaut rectè liceret arguere, quod aut iste actus fuit nova præsentatio, & uti talis fieri non poterat, nisi nulliter, omittendo præstare dictum juramentum in commissione Officialibus data præscriptum juxta auctoritates superiùs allegatas §. Ponderabant; Aut iste actus fuit confirmatio primi (sicut de facto erui videbatur ex ejus tenore supra relato) & pariter nullo modo sustineri potest, quia vitium primæ electionis nullitatem influit in ejus ratificationem ad Text. in l. fin. C. de novat. Surd. cons. 385. num. 19. Cyriac. contr. 442. num. 43. Rota decif. 362. num. 8. coram Royas, & decif. 1284. num. 1, coram Emerix jun. & decif. 61. num. 8. coram Reverendissimo P. D. meo Ansaldo Decano.

Quibus ita firmatis, & omisso etiam examine necessitatis, quam habuisset Lazarus reportandi consensum à Magistratu Civitatis de Fuenterravia juxta concordiam in Summario primæ propositionis nu. 1. lit. F. nullatenus immorandum Domini putarunt in aliis exceptionibus, quas idem Lazarus adversus Josephum proponebat quoad legitimitatem natalium, & defectum approbationis ad audiendas confessiones: Et enim quoad primam habet idem Joseph dispensationem Apostolicam, quæ proculdubio omne tollit iuris obstaculum; Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 40. num. 167. Rota decif. 187. nu. 11. & seqq. coram san. mem. Alexandro VIII. & decif. 353. num. 3. par. 19. rec. Quo verò ad secundam qualitas approbati ad confessiones audiendas actu non requiriatur, dum præsertim datur facultas in hujusmodi munere habendi Substitutum, ut in Summario d. primæ propositionis num. 5. lit. K. ideoque ex hujusmodi defectu nullum Præsentato jus tollitur juxta firmata in similibus terminis Sacerdotii. decif. 885. per tot. coram Merlin. in Melevitana Beneficiorum 16. Junii 1710. §. Neque præmissis coram R.P.D. Falconerio almæ Urbis Gubernatore, & in Melphiten. Beneficii 21. Ju-

nii

- nii 1712. §. Quin potius, & 5. Decembri  
eiusdem anni §. Sedulò cor. Me.
- 15 Cessantque totaliter omnes istæ, aliae  
que consimiles exceptiones à Lazaro de-  
ductæ ea animadversione, quod cum ipsis  
præsentatio fuerit nulla juxta superiùs fir-  
mata, & sic nullum habeat titulum vigore  
eius concurrat cum Josepho habente le-  
gitimam præsentationem, non licet ei ta-  
les exceptiones allegare, quia non est  
adversus illum legitimus Contradictor  
juxta Bartoli doctrinam in l. fn. sub nu. 21.  
C. de editio Divi Adriani tollendo, & in his  
terminis deducta dec. 187. num. 10. coram  
san. mem. Alex. VIII. dec. 370. num. 15. &  
dec. 385. num. 39. & 41. par. 19. rec.  
Et ita utraque &c.

R. P. D. C E R R O

Essendien. Præposituræ.

Lunæ 6. Februarii 1719.

### S U M M A R I U M .

- 1 Ultimus status in judicio petitorio non est attendendus.
- 2 In qualibet domo Regulari de jure eligi debet in Superiore aliquis de gremio, & familia.
- 3 Constitutio, ut Abbates elegantur ex pro-  
pria Congregatione, est juris positivi.
- 4 Lex fundationis, ac consuetudo jus posti-  
vum vincere possunt.
- 5 Præposta Collegii Rellbingausen. præeli-  
genda est ex gremio Collegii Essendien.  
tum ex lege fundationis, tum ex consue-  
tudine.
- 6 Scripturæ, licet informi, & absque die,  
consule, & anno, an, & quando plena fi-  
des sit adhibenda.
- 7 Historicis plenam notitiam habentibus re-  
rum gestarum est deferendum.
- 8 Legalitas instrumenti fundationis in Ar-  
chivio reperti, ex quibus probata dicatur;  
& num. 9.
- 10 Ad hoc, ut una Ecclesia teneatur eligere  
Prælatum de gremio, seu Collegio alterius  
sufficit sola consuetudo quadragenaria.  
Amplia, ut num. 11.
- 12 Actus electionis Prælati extra gremium  
Ecclesiæ æquivocus, aut sublatus à con-  
traria consuetudine, est inefficax.

- 13 Actus electionis Prælati extra gremium  
Ecclesiæ, impugnatus, & confirmatus  
cum præservativa jurium nequit legitimi-  
mè ultimum statum efformare pro subse-  
quentibus vacationibus.
- 14 Jus passiva electionis Superioris favore  
unius Collegii lege fundationis constitu-  
tum, & obseruancia diuturnitate confir-  
matum tolli nequit à depositionibus con-  
trariis particularium personarum alte-  
rius Collegii.

### D E C I S I O . IV.

C Apitulares utriusque sexus Collegii  
Rellbingausani confisiæ privilegio  
illi, quod pro electione Præpositæ resul-  
tare authumarunt ab ultimo statu elec-  
tions secutæ in personam Annæ Isabellæ  
Baronissæ de Welburgh., cùm nuper per  
illius obitum dictæ Præposituræ vacatio  
contigerit, ejus loco Mariam Geltrudam  
à Wenge de Stochum elegerunt: At actui  
isti illico se opposuit Abbatissa Collegia-  
tæ Ecclesiæ Essendien. validiori fulcita ti-  
tulo, quem pro passiva electione alicujus  
ex proprii Collegii Canonissis tribuebat  
diuturnæ consuetudinis auctoritas, ipsa-  
que primævæ fundationis Iex; Qua pro-  
pterea delata controversiæ discussione ad  
Tribunal Nunciaturæ Colonien. varium  
prodiit Judicium: Nam anno 1713: à tunc  
temporis Administratore dictæ Nuncia-  
turæ nil aliud resolutum fuit, nisi Capitu-  
lares Rellbingausanas cogi non potuise-  
re ad eligendam in Præpositam unam ex  
Capitularibus Essendien., nisi idem Ca-  
pitulum melius, quam usque tunc pro-  
balset ad hoc teneri ex lege fundationis;  
Modernus verò Reverendissimus Nuncius  
anno 1716. prævia confirmatione memora-  
tæ sententiæ pronunciavit illas teneri, &  
obligatas esse ad eligendam in Præposi-  
tam earum Collegii unam de gremio Ec-  
clesiæ Essendien., justitiæque hujus po-  
stremæ sententiæ adhæsit etiam hodie Sa-  
cri Auditorii determinatio, ad quod ope  
appellationis devoluta fuit; Nam cùm  
exquisiverim, an electio sustineatur, seu  
potius sit eligenda persona de gremio  
Capituli Essendien., negativè quoad pri-  
mam partem, affirmativè verò quoad se-  
cundam responsum fuit.

I Præmisso enim, quod pro decisione  
con-

concordati dubii respicientis jus eligen-  
di nulla legitima regula desumi poterat  
ab ultimo statu, ut potè qui quomagis at-  
tendendus est in Judicio merè possessorio,  
eò minus vires porrigerere potest ad Judi-  
cium petitorum, quod ab examine tituli,  
& à boni Juris præponderantia in totum  
firmatur, & constabilitur, ut pluriès de-  
claravit Rota, præsertim in Firmana Ju-  
rispatronatus 21. Aprilis 1704. §. finali co-  
ram bon. mem. Muto, & in Imolen. Ju-  
rispatronatus 27. Januarii 1710. §. Absque  
eo quod coram R.P.D. meo Lancetta, & in  
Bononien. Jurispatronatus 11. Januarii  
1717. §. Hæc autem cor. R.P.D. meo Crispo,  
& in Colonien. Pastoratus 20. Junii anni  
præteriti §. Quin in illarum in fine cor. Me;  
Perspicuum reddebat, istud bonum jus  
pro electione passiva Præpositæ undique  
2 Collegio Essendiensi patrocinari. Quip-  
pe tametsi de jure sit, quod in qualibet  
domo Regulari in Superiorem eligi de-  
beat aliquis de gremio, & familia, tan-  
quam personarum morum magis instru-  
ctus, magisque ideo aptus ad familiæ re-  
gimen, & gubernaculum, ut habetur ex  
cap. 1. de elect. & in Canon. Quam sit ne-  
cessarium 5. caus. 18. quæst. 2. & Canon. 14.  
distinct. 61. & concordat Text. Cæsareus in  
l. 47. vers. Sacris nostris legibus Cod. de Ep.  
& Cler. & tradunt Fagnan. in cap. cùm di-  
lectus num. 10. de confuetud. Vvan. Espen.  
in jus Eccles. univers. par. 1. de Monaster.  
super cap. 8. num. 3. tom. 1. attamen cum di-  
cta Constitutio, ut Abbates elegantur ex  
propria Congregatione sit juris positivi,  
& exequè lex fundationis, ac consuetudo  
jus positivum vincere possint, ut de pri-  
ma propositione firmant Lotter. de re be-  
nefic. lib. 2. quæst. 8. num. 109. Monet. de  
commut. ultim. volunt. cap. 10. num. 258.  
Pax Jordan. tom. 2. lucubrat. lib. 10. tit. 26.  
nu. 1. & de secunda est Text. in cap. final.  
5 de confuet. rectè tam ex ista fundationis  
lege, quam sub hujus consuetudinis au-  
toritate introduci potuit, ut Præposita  
Collegii Rellhingausen præligenda sit  
ex gremio Collegii Essendiensi. cùm ad  
hunc effectum satis omnino sit ita serva-  
tum fuisse per spacium 40. annorum, juxta  
solemne decretum Innocentii III. in cap.  
cùm dilectus de confuetud. approbatum à  
Clemente III. in cap. Abbe de verb. signi-  
fic. ac firmant Panormitan. in d. cap. cùm

dilectus num. 1. ibique Butr. & Barbos. una  
cum Fagnano pariter num. 1. Gonzal. Tell.  
num. 14. Lavor. de elect. tit. 4. cap. 16. nu. 1.  
Pafferin. de elect. cap. 2. num. 45. & seq.  
Castellin. eod. tit. cap. 9. num. 36. Donat.  
tom. 2. tract. 1. de elect. quæst. 10. num. 2.

Quod verò lex ista præponendi Colle-  
gio Rellhingausen aliquam ex gremio  
Collegii Essendiensi apposita fuerit in ipsa  
fundatione Collegii expleta à Methilde  
Imperatoris Otonis II. filia, colligeba-  
tur ex quodam antiquissimo monumento  
ibi = Eadem hec Abbatissa Methildis Cœ-  
nobium Puellarum modò Collegium Nobilium  
Virginum in Rellhingausen in honorem San-  
ctæ Crucis; & Lamberti Episcopi perpetuis  
temporibus fundavit, & magnis proventibus  
dotavit districtus Essendiensi, cui unam ex  
Monasterio Essendiensi Matricis Ecclesiæ  
tanquam Præpositam præesse semper voluit,  
& ordinavit = Nec ambigendum est,  
quod eidem scripturæ, licet informi, &  
absque die, consule, & anno, plena fides  
esset adhibenda, dum in publico Essen-  
diensi Archivio reperitur asservata, ei-  
que famulata deinde fuit uniformis, ac  
longæva observantia, licet originale, vel  
temporis, vel ignis edacitate peperditum  
non exhibeatur, ut passim similes scriptu-  
ras admisit Rota signanter coram Pro-Pa-  
tru meo decis. 744. num. 8. & in Bononien.  
Jurispatronatus de Ghisleriis 31. Janua-  
rii 1695. §. Vis verò coram bon. mem. Pio,  
& in Cremonen. Beneficii 3. Decemb. 1706.  
§. Et sene difficultate cor. R. P. D. meo Lan-  
cetta, & in Compostellana Parochialium  
13. Martii 1716. §. Absque eo quod coram  
Reverendissimo P. D. meo Ansaldo Decano.

7 Et quantumvis in linea obseruantæ plu-  
rimū realitati dictæ fundationis favere  
posset testimonium Gabriel. Buccellin.  
Ordinis S. Benedicti in tract. Germ. Topo-  
cronost. tom. 2. par. 2. fol. 143. & 144. ubi  
recensuit, enunciata fundationem fa-  
ctam à Methilde sub eisdem verbis relatis  
in hoc vetustissimo exemplari, cùm no-  
vum non sit, non parùm similibus His-  
toricis deferri plenam notitiam habentibus  
rerum gestarum, quas in lucem manda-  
runt per ea, quæ dixit Rot. coram Arguell.  
decis. 20. cum duabus sequent. & in Placen-  
tina Cathedralitis 22. Junii 1703. §. fi-  
nal. coram bon. mem. Molines, & in Nullius,  
seu Fulden. Jurisdictionis 27. Aprilis 1705.  
§. Deni-

§. Denique coram eodem, & 1. Junii 1718.  
 8. §. 92. cum seq. coram Reverendiss. D. meo Ansaldo, adhuc magis illi pondus superaddebat geminae judiciales confessiones emissæ à toto Collegio Rellhingausano annis 1652. & 1653. in quarum utraque palam omnes fassæ fuerunt Præpositam eligendam esse de gremio Ecclesiæ Essendienſis juxta fundationem: Nemo namque non scit quantum efficaciae ſibi usurpet geminata ista, judicialisque confefſio, nè amplius neque à successoribus onus hoc famulativè ad fundationem ultrò, citròque agnitus valeat in controverſiam revocari, Rot. in Eſſendien. Jurisdictionis ſuper bono jure 28. Junii 1717. §. Hac igitur coram Me.

9. Verum enim verò omne excellit probationis genus longæva ea, uniformisque observantia centenariæ metam ferè attinens, ac novem provisiones hujus Præposituræ includens, juxta quam quantum datum fuit remeare spatia præteriti temporis ab anno ſcilicet 1523. uſque ad annum 1639. ſemper in Præpositam hujus Collegii adſcita fuit aliqua de gremio alterius Collegii Eſſendien. Ex hac autem adeò constanti observantia adhæſivè ad enunciatam legem fundationis non ſolum vindicata plenè videri potest omnimoda legalitas controverſi instrumenti fundationis in Archivio reperti, ut dixit Rot. in Florentina Canoniciatum 8. Maii 1705. §. Etenim coram R.P.D. meo Lancetta, & in Theatina Jurisdictionis 14. Maii 1708. §. Et licet coram Eminentiss. Scotto, cùm tanta actuum multiplicitas, tantique temporis decursus nequaquam finant huſcmodi provisiones referri ad titulum facultativum, ſed ſint præsumendæ invim illius Juris coactivi, quod à præfidente lege fundationis proficiſcebat ex animadverſis per Rot. in Mantuana honorum 14. Januarii 1707. §. Nec porro cor. bo. me. Molines, & 7. Maii 1708. §. Quandoquidem cor. Reverendissimo D. meo Aldrovando, & 12. Aprilis 1709. §. Et quamvis cor. bo. me. Kaunitz, ſed etiam efficax ſubminifrat fulcimentum pro altera limitatione ſuperadditæ aſſertionis, ut videſt et ea attrena ceneſatur legitimè inducta obligatio, ut una Ecclesia teneatur eligere Prælatum de gremio, ſeu collegio alterius, cùm ad iſtum effectum ſola con-

fuetudo quadragenaria ſatis sit, ut ex cap. cùm dilectus de confuet. & cap. Abbate de verb. ſignific. tradunt auctoritates ſupra relatae in §. Præmiffo in fin.

11. Cujus quidem obſervantiae virtus non adeò ſiftit in actuum multiplicitate, ut majorem efficaciam non acquisiverit ab eorumdem qualitate, & pondere; Nam præ cæteris, ubi anno 1605. obtigit ſexta vacatio, in partes ſcissa fuere Eletri- cium Collegii Rellhingausani suffragia, dum earum nonnullæ in Præpositam poſtulaverunt Agnetem de Lymburg, quæ non erat de gremio Ecclesiæ Eſſendien, alia verò elegerint Mariam Claram de Spaur Canoniſſam Eſſendien, exortisque ideo ſuper hac electione diſſidiis ob oſta- culum illud, quod Agneti præſtabat de- fectus requiratae qualitatibus, ut colligi po- test ex epiftolis Abbatiffæ Eſſendien., & dictæ Agnetis exhibitis in Summ. nu. 10. lit. A. & nu. 11. lit. C. tametsi Abbatiffæ Eſſendien, ad quam electionis conſirma- tio pertinebat, omnem naſaverit operam, ut electio ſequeretur de eadem de Lym- burg ipſius Amita, vicit nihilominus ſen- tentia pro memorata de Spaur, ipſaque uti de Capitulo Eſſendien præfata Præ- posituram conſecuta fuit, quam ſubinde anno 1618. liberè resignavit, ut latè re- censetur in Bulla, adeòut inspecta iſtius- modi actus contradictione vix dubitan- dum remaneat controverſum Jus coacti- vum fuſſe validius conſtitutum, ut in proximis terminis Jurispatronatus paſſivi censuit Rota in Tuden. Parochialis de Re- verteme 25. Junii 1708. §. 3. cum seq. cor. Reverendiss. D. meo Anſaldo Decano, 7. De- cembribus ejusdem anni §. Tum quia coram R.P.D. meo Lancetta, & conferunt etiam tradita in Salisburgen. Vicaria 31. Janua- rii 1714. §. Nec ſequidem cor. R. P. D. meo Falconero Urbis Gubernatore, & 4. Fe- bruarii 1715. §. Ponderato coram R.P.D. meo Crifo, & 30. Aprilis 1717. §. Quan- doquidem cum seqq. coram R. P. D. meo Fo- ſcaro.

12. Citra quod ejusdem obſervantiae vis in aliquo elideſeretur ex gemino actu elec- tio- ni in oppofitum adducto de Præposita extra gremium Ecclesiæ Eſſendien, quo- niam ille ſecutus anno 1345. præter ille- galitatem documenti, à quo deſumeba- tur, detectus fuit undique inefficax, ſive quia

quia procedere potuerit ex dispensatione, & voluntaria permissione Capituli Essendien pro illo actu tantum, vel quia omnimodè sublatus fuerit à posteriori consuetudine in contrarium observata per annos ferè 100. adimente vi sua quamcumque antecedentem interruptiōnem, ut respondit Rot. in dicta Salisburgen. Vicaria 31. Januarii 1714. §. Nec in aliqua cor. R.P.D. meo Falconerio, & 4. Februarii 1715. §. Absque eo quod cor. R.P.D. meo Crispo, & 30. Aprilis 1717. §. finali coram R.P.D. meo Foscario. Alter verò anni 1648. electioni Elisabethæ de Weltbruch, super quo Scribentes pro Collegio Rellhingausano conabantur ultimum statum constituere nullius roboris comperebatur, nedum quia serio inpugnatus fuerat. à Capitulo Essendien, sed etiam quia in actu confirmationis præservata noscebantur Capituli Essendien jura, eademque præservativa clariū repetita fuit in successiva concordia inita anno 1669. à dicto Collegio Essendien cum memorata Weltbruch, pro electionibus in futurum sequendis, cuius præservatiæ natura ea est, ut Collegii jura ita immunita tueantur à quocumque præjudicio, ut similis actus neque valuerit legitimè ultimum statum efformare pro subsequentibus vacationibus, ad constantem propositionem, de qua Corrad. in prax. Benefic. lib. 4. cap. 4. num. 14. Vivian. de jure patr. lib. 5. cap. 2. num. 12. Rota in recent. decis. 96. nu. 15. & 17. par. 13. & dec. 290. nu. 10. par. 18. & in Aretina Jurium Parochialium super manuentione 1. Julii 1701. §. Nec dictum coram Reverendissimo dell' Olmo.

Minorisque roboris erant pro dicto effectu duo illa testimonia, quorum primum exaratum fuerat ab Elisabetha de Manderscheid anno 1561., aliud verò à Margharita de Manderscheid in Gerosten, absque tamen millesimo, quarum utraque erant de Capitulo Essendien; Præterquamquod enim illorum primum factum dignoscetatur in gratiam Collegii Rellhingausani, ut in dictæ testis personam caderet Præpositæ electio, prout esse triennio post securus demonstravit, & secundum nil concluderet ad intentum, cùm contineret tantummodo jus activum eligendi Præpositam spectans ad

Pars VI.

antedictum Collegium Rellhingausanum, quod est omnino diversum à jure passivo, super quo præsens agitur controversia; 14 Adhuc pro utroque penitus eliminando satis erat ea generalis animadversio, quod jus Capituli Essendien fundationis lege constitutum, & observantiæ diuturnitate confirmatum haud tolli valebat à similibus depositionibus personarum particularium dicti Collegii, quæ ideo nullatenus debent attendi per ea, quæ advertit Rot. in Castellana validitatis concordia, seu bipartitæ 12. Januarii 1705. §. Sicut etiam, & in Gerunden. Anniversariorum de Guizzolis 14. Martii 1710. §. Reincedebat coram Reverendiss. D. meo Ansaldo Decano.

Et ita utraque &c.

### R. P. D. F O S C A R O

Leodien. Cappellaniarum super bono Jure.

Lunæ 27. Februarii 1719.

### S U M M A R I U M .

- 1 Cappellania merè laicales non erētæ auctoritate Ordinarii, de jure præsumuntur amovibiles.
- 2 Cappellani assumpti ad exercendam curam Animarum sunt amovibiles.
- 3 Cappellania merè laicales ex lege fundationis possunt esse perpetua.
- 4 Prætentens Cappellaniam merè laicalem esse perpetuam, tenetur id concludenter probare.
- 5 In conflitu probationum hinc inde, seu in dubio Iudex inclinare debet pro amovibilitate Cappellania merè laicalis.
- 6 Cappellaniam merè laicalem esse amovibilem, ex quibus probetur; & num. 7. 8.
- 9 Observantia est optima interpres legis fundationis.
- 10 Subreptio confirmationis Apostolicae statutorum Ecclesiæ, ex quibus excludatur.
- 11 Cappellania etiam amovibiles possunt quandoque in perpetuum conferri.
- 12 Cappellaniam merè laicalem esse perpetuam deduci non potest ex resolutionibus, seu regulamentis editis ab Universitate Patrona; quando ista deteguntur inefficiuta.
- 13 Dispositiones, seu regulamenta facta ab

Kkk

Adu-

- Adunantia minus legitime congregatae, adversus Ecclesiæ constitutiones, & consuetudines, non sunt attendenda.*
- 14 *Laicis permisum non est Ecclesiæ, aut alterius loci pii leges, Apostolica, vel Ordinaria auctoritate confirmatas intervertere.*
- 15 *Quis est citandus quando agitur de ejus principali interesse, & prejudicio.*
- 16 *Actus unicus amotionis Cappellani, cessante causa specialis remotionis, confirmat generalem facultatem removendi.*
- 17 *In facultativis per non usum, nullum inducitur prejudicium, nisi simul concurreret impedimentum cum subsecuta acquiescentia.*
- 18 *Clavum dimisso, & reconcessio facta à Cappellano demonstrat illius amovibilitatem; Amplia ut ibi.*

## DECISIO V.

**M**oderni Cappellani Parochialis Ecclesiæ S. Joannis Baptiste Leodii, posthabita eorum deputatione à Curia Insignis Hospitalis Sancti Abrahami ejusdem Civitatis ad merum officium deservitorum, & amovibile reportata, neglectaque etiam ejusdem amovibilitatis recognitione quolibet die Cinerum exponi solita, mediante Clavum restitutione, ordinationibus ejusdem Curia parere recusantes geminas excitarunt prætensiones; Alteram circa Cappellariarum perpetuitatem, & alteram, quoad administrationem bonorum, & reddituum earumdem Cappellariarum; Cumque post varia decreta in partibus lata, causa tandem ex rescripto Signaturæ Justitiae integrè ad Sacram Rotam concenderit, tria subscripti dubia, primum super bono jure = *An scilicet Cappellania, de quibus agitur, essent perpetuae, vel amovibiles* = secundum super jure administrandi nempe = *An, & cui competenter Jus administrandi bona Cappellariarum* = & tertium = *super manutentione à Cappellariis ipsis prætensa in earumdem Cappellariarum possessione, eorumque primis hodie propositis, Domini solidiora censentes Jura favore Curia deducta, quoad perpetuitatem, & amovibilitatem, responderunt = Cappellarias esse amovibiles.*

I. Ea moti ratione, quia agitur de Cap-

pellanis simpliciter ad celebrationem Missarum, & ad recitandas horas canonicasassumptis à Ministris Hospitalis, absque ullo collationis, aut institutionis titulo ab Ordinaria auctoritate procedente; Unde, non constito de fundatione indicante perpetuitatem, de jure præsumendi erant amovibiles ad nutum eligentium, juxta doctrinam Text. in cap. ad hoc in fine de offic. Archid. & communiter tradunt Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. nu. 11. alter Gonzales in cap. de nobis nu. 3. de Cleric. Garz. de Benef. lib. 1. cap. 1. n. 61. Amofaz. de caus. pii lib. 3. cap. 1. num. 8. Card. de Luc. de canon. disc. 18. nu. 13. Rot. coram Peutinger. decis. 15. num. 46. & seq. in recent. decis. 466. nu. 19. & seq. par. 19. & in Augustana Summa Custodia super secundis literis 22. Junii 1715. §. Desicere, & 15. Maii 1716. §. Non attenta coram R.P.D. meo Falconerio Alma Urbis Gubernatore, & in fortioribus terminis, Cappellanorum scilicet adscitorum ad exercendam Animarum curam, quæ in præsenti totaliter apud Parochum residebat, plenè firmavit Rota in Bononien. Parochialis 6. Maii 1715. §. Expediti coram Eminentissimo Scotto confirmat. die 10. Februario 1716. §. Valde etiam coram R.P.D. meo Cerro, & die 21. Decembri ejusdem anni §. Hæc autem cor. Me.

3 Non attenta responsione, quod præcisivè etiam ab institutione Ordinarii Cappellaniae merè sacerulares, ad instar aliorum officiorum, & munierum, adhuc possint esse perpetuae, ut testatur Amofaz de caus. pii lib. 3. cap. 2. num. 1. Gonzales ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. nu. 50. Leon. de offic. Cappell. quest. 3. sect. 3. nu. 39. Garz. de benef. par. 1. cap. 2. num. 102. & firmavit Rota in dicta Augustana Summa Custodia super secundis literis 22. Junii 1715. §. Neque refert, & 15. Maii 1716. §. Neutquam coram R.P.D. meo Falconerio. Quoniam licet Juris censuræ non repugnet similium Cappellariarum perpetuitas introducta ex fundatione, aliis titulis à lege approbatis, eis tamen minimè exhibitis, & sic Cappellariarum statu ad dubietatem redacto, præsumptio viget pro amovibilitate, adeòut vel qui de perpetuitate contendit, illam teneatur ostendere per probationes concludentes, vel in pari causa, & in confictu probationum pro-

amo-

amovibilitate inclinare debeat arbitrium Judicantis, ut, expendendo effectum præsumptionis Juris, explicant Innocent. in cap. auditis nu. 3. de præscript. Card. de Luc. de cred. disc. 135. num. 15. Rota apud Posth. de manutent. decis. 64. num. 1. coram Buratt. decis. 572. num. 14. & in recentior. decis. 429. num. 5. par. 19. & in terminis monent Lap. allegat. 67. num. 6. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 5. num. 58. Corrad. in prax. benef. lib. 9. cap. 6. num. 261. & egregiè Rot. ad ornatum Card. de Luc. de benef. lib. 12. decis. 11. num. 7.

6 In præsenti autem controversia hanc probationis speciem Cappellani non exhibebant, quinimo invicem collatis documentis hinc inde deductis, adeò efficacia comperta fuere ea, Curiæ nomine exhibita, ut, ut citrè opem juridicæ præsumptionis, concludenter detecta videatur amovibilitas; Pro ea enim urgebant primò antiquissima Ecclesiæ statuta, ultra explicationem Cappellanorum annalium, & mercenariorum, ac determinationem juramenti anno quolibet per ipsos præstandi, præcisè, & explicitè omnimodam Pastori, & Magistris facultatem tribuentia disponendi circa Cappellanorum receptionem, correctionem, & expulsionem cum interdictione, cuiuscumque contradictionis; Cumque illa confirmata apparet sub anno 1618. à S. Sedis Legato, constabilita inde remanet amovibilitatis probatio, nam, superventa confirmatione Apostolica, occlusus remanet aditus impugnandi amplius dicta statuta, dato etiam, quod secundùm eorum primævam originem, totalem non promerentur executionem, ut dixit Rota coram Coccin. decis. 1951. num. 29. in Friesingen. Juris deputandi Curatos 22. Junii 1716. §. Et hinc omisso coram R. P. D. meo Cerro, & in Salisburgen. Vicariæ 31. Januarii 1714. §. Quamobrem coram R.P.D. meo Falconerio confirmata 30. Aprilis 1717. §. Verumtamen coram Me.

7 Rursus concludebatur amovibilitas ex diplomate Episcopi Adulphi, & Valeria- ni Præpositi Leodien. anno 1331. evulga- to, & sub citata Apostolica confirmatione comprehenso, in quo sub eadem præsuppositione qualitatis deservitoriae, postque nonnullas ordinationes Divini cultus incrementum respicientes, relativè ad fun-

Pars VI.

dationes, decernitur, & declaratur, Cap- pellanos in futurum annales esse debere. Quo stante, eo magis exclusa remanet pretensa perpetitas, cui citra dubia- tem, resistere antiquissima sanctio emissâ, causa cognita, & ad rectum Ecclesiæ gu- bernium, nec non ad fundationum adim- plementum præordinata, quæ nedum in figura dispositionis novæ sufficiens repu- tari poterat ad inducendam amovibilitatem, per ea quæ tradunt Azor. inst. mo- ral. par. 2. lib. 3. cap. 47. quæst. 9. Barbos. de offic. & potest. Episcop. par. 3. allegat. 93. num. 23. & dixit Rota in Rerunden. Benef. 28. Junii 1697. §. Validitas in fine coram bon. mem. Molines, præfertim postquam supervenerat confirmatio Apostolica, juxta authoritates superiùs citatas, sed insuper in linea saltè declarativa con- cludentem præfert amovibilitatis pro- bationem, cum credendum non sit, Epi- scopum, & Præpositum in actu adeò sol- lemni, & relevanti erroneè præsupposui- se, ac decrevisse amovibilitatem, absque eo quod, contra propriam confessionem, de illo priùs sufficientem exceperint pro- bationem, iuxta firmata per Felin. in cap. ad aures nu. 15. de rescript. Adden. ad Bu- ratt. decis. 111. num. 15. Rota coram Paen. decis. 960. num. 7. coram Celso decis. 215. num. 8. in recent. decis. 284. nu. 4. par. 14. decis. 523. num. 18. par. 19. & benè in Au- gustana Canonicatus Provinciæ Moguntinae 26. Januarii 1711. §. Assumptum compro- bant coram R.P.D. Falconerio Alma Urbis Gubernatore.

8 Et denique in eumdem sensum colli- mabat multiplex, & plurium sacerdotiorum observantia resultans tam ex actibus af- firmativis, quam negativis. Cappellani enim semper deputari consueverunt ad annum, & hanc limitatam deputationem ipsi quoque acceptarunt, proprioque ju- ramento, ad formam statutorum, prestito, confirmarunt, qualibet die Cinerum cla- vies, in signum dimittendi, & obtinendi de novo officium, consignarunt, & reac- ceptarunt, Curia Hospitalis Cappellania- rum bona, & redditus administravit, eos- que inter Cappellanos distribuit, illarum permutations, absque alicujus Superio- ris approbatione, admisit; nec unquam constituit, quemquam ad sacros Ordines fuisse promotum ad titulum harum Cap- pella-

Kkk 2

pella-

pellaniarum, quinimo obtenta per quem-dam *Lurckin* à Parochianis deputatione, sub conditione, quod fieret Sacerdos ad titulum Cappellaniæ, deputatio hujusmodi effectu vacua remansit, & Cappellaniam obtinuit quidam *Lombart* de more ad annum deputatus; Quare cùm deputationes, cæterique actus consecutivi sint omnes cum perpetuitate incompatibilis, superlativè exinde probata dicebatur amovibilitas, quām, ultra titulos superiùs relatos, in omnem casum concluderet sola observantia, quæ passim in rebus sub antiquitatis obscuritate latentibus, explicare solet quidnam fundationes in origine præstulissent, ut in specie firmant *Gonzal.* dicta gloss. 5. §. 6. num. 2. *Amofaz.* de caus. piis lib. 3. cap. 1. sub nu. 8. latè Rota coram Merlin. decis. 61. nu. 1. & seq. cor. *Pautinger.* decis. 15. nu. 19. & seq. & in dicta Bononien. Parochialis 6. Maii 1715. §. Observantia coram Eminentissimo Scotto, & 11. Decembris 1716. §. Et quartum denique coram Me.

10. Et hâc adeò inveteratâ, & uniformi concurrente observantia, quæcumque itidem removebatur suspicio subreptionis, aut clandestinitatis contra Apostolicam confirmationem statutorum oppositæ; Nam dum tractu temporis deputationes, juramenta, confirmationes, aliquie omnes actus expleti fuere contentaneè ad ea, quæ leguntur in eisdem statutis disposita, exinde sublatus remanet omnis timor, quod Curiae Ministri statutorum confirmationem clandestinè, aut subreptitiè impetraverint, juxta observata per Decium cons. 48. nu. 12. Rota decis. 75. nu. 7. par. 18. in Majoricen. Parochialis 12. Februarii 1709. §. Idipsum coram R. P. D. Aldrovando, & in Avenionen. Collegii 12. Maii 1713. §. Cæterum, & §. Quod apertius coram Eminentissimo Scotto.

Pariterque evertebatur objectum contra Episcopale Diploma excitatum, quod Episcopus, & Præpositus eo ipso, ac semel in eodem actu approbaverant perpetuitatem Cappellanorum illius temporis, non valuerint in futurum annualitatem, & amovibilitatem præscribere; etenim non omisso, quod præfati Cappellani effici potuissent perpetui ex jure speciali, scilicet ex speciali deputatione ad vitam obtenta, quod incompa-

tibile non est cum naturali Cappellaniarum amovibilitate, cùm Cappellaniæ etiam amoviles possint quandoque in 11 perpetuum conferri, ut firmatum fuit in dicta Bononien. Parochialis 6. Maii 1715. cor. Eminentissimo Scotto §. Absque eo cum seq. & 11. Decembris 1716. §. Atque hinc coram Me, attenta præsertim relatione in eo habita ad voluntates, & desideria Fundatorum; Unde evidentius colligebatur, perpetuam retentionem Cappellaniarum tunc temporis permisam fuisse ex aliqua peculiari causa ad illos met Cappellanos restricta, non verò ex propria, & essentiali Cappellaniarum perpetuitate extra fundationem non dñs mēda, *Garz.* de benef. par. 1. cap. 8. num. 85. & seq. *Thierius* eodem tract. sect. 4. vers. Sed quid dicendum, *Amofaz.* de caus. piis lib. 3. cap. 1. nu. 5. 9. Rota cor. *Peutinger* decis. 15. nu. 24. & 25. & in sacerdotiata Bononien. Parochialis, insuper qualibet cessabat amaritudo, ex sacerdicia subsequuta observantia, quæ juxta ejus juridicam operationem, optimè declaravit, quod de illo tempore Cappellaniæ in perpetuum retinerentur permisive, ac accidentaliter, *Card. de Luca* de benef. disc. 73. num. 380. Rota post eum lib. 2. dec. 11. num. 7. in Senen. Jurium Parochialium 3. Februarii 1708. §. fin. coram R.P.D. meo Lancetta, & latè in dicta Bononien Parochialis 10. Februarii 1716. §. Minusque cum seq. cor. R.P.D. meo Cerro.

12. Probata autem exinde amovibilitate, parùm ad adstruendam perpetuitatem obesse poterant quædam resolutiones, regulamenta nuncupata, editæ ab Universitate Parochianorum, ad quos primariò Jus patronatus spectare dicitur. Etenim quid dicendum sit de hac Patronatus pertinentia, an scilicet ea penès Parochiæ Populum adhuc resideat, an verò integrè translata fuerit ad Curiam Hospitalis, quo circa Domini nihil statuere velle decreverunt, perlustratis dictis regulamentis nullatenus ex eis immutata dici poterat Cappellaniarum amovibilitas; Illanamque annorum 1556. & 1610. nullum habuerunt effectum, nam licet in earum primo dictum fuerit, quod Cappellani im posterum non destituerentur à Directoribus, & in altero, quod, ad effectum remotionis, legitima causa requiretur, abinde tamen, eis non obstantibus, Cappellani

pellani claves de more reposuerunt, & officia dimiserunt in manibus Parochi, & Magistrorum, à quibus novam deputacionem obtinuerunt, quinimò de anno 1613. ad eorumdem simplicem nutum exclusus remanserat quidam de Ladin, absque ulteriori contradictione. Unde super eisdem regulamentis, ut potè ineffectuatis, nullum adstrui poterat fundamentum perpetuitatis, ut notat Barbos. in collect. par. I. decret. distinct. 4. cap. in istis nu. 15. Turrice. de union cap. II. num. 23. & 25. Card. Albit. discept. 2. quæst. I. num. 19. impress. post Card. de Luc. de Jurisd. Rot. cor. Merlin. dec. 161. in fine, & in Tarraconen. Juris punctandi super negocio principali 26. Februarii 1703. §. Minusque cor. bon. mem. Omanna.

13 Aliud verò regulamentum anni 1682. per quod Cappellaniæ declarantur perpetuae, & confutantur Ecclesiæ statuta, & ordinationes, pejori vitio laborat, nam processit ab adunantia minùs legitimè, & tumultuarie congregata, & specificè per Curiaæ Ministros contradicta; Unde quid quid in ea fuerat præscriptum adversùs Ecclesiæ Constitutionem, & Consuetudines, nec Regulamenti nomen promere retur, ut tradit Gloss. in cap. 2. verbo Statutum de verbis signific. quam sequuntur Valenzuel. cons. 122. nu. 25. & seq. Tondut. quæst. benefic. cap. 115. num. 8. & 9. Rota ad ornatum Card. de Luc. lib. 14. decis. 14. num. 2. & seq. & in Amalphitana Statutorum 13. Maii 1715. §. primo coram Me. Ut etiam exitus comprobavit, nam licet in eo quidam Lurchin perpetuam reportaverit nominationem cum conditione ascendendi ad sacros Ordines ad titulum Cappellaniæ, his tamen effectibus frustratus remansit, cùm nec potuerit ad sacros Ordines promoveri, nisi ad titulum Patrimonii, & Cappellaniæ alias obtinuerit ex deputatione Curiaæ, secundum anteriorem statum explora; Et insuper in successivis solemnibus regulamentis annorum 1688. & 1691. præscripta, & respectivè confirmata extitit forma, juxta quam in futurum gubernari deberet Hospital, posthabito, & sub silentio prætermisso dicto regulamento anni 1682. quod præterea nec poterat inter Ecclesiæ Sanctiones connumerari, dum, præter ejus intrinsecas nullitates, nullam obti-

nuit executionem, quoad electionem Cappellani, neglectumque fuit in aliis posterioribus regulamentis, in quibus ad sedanda dissidia inter Curiam, & Parochianos exorta, hoc unico excepto, antiquiora etiam regulamenta fuerunt ad trutinam revocata Carpan. ad Statut. Mediolanen. cap. 341. nu. 11. par. I. Cavalcan. decis. 27. num. 57. Rot. in Illerden. Statuti 16. Martii 1705. §. Motivum. cor. bo. me. Muto, & latè in Avenionen. Collegii 12. Martii 1713. à §. Quandoquidem cor. Eminissimo Card. Scotto.  
 14 Et his eversis regulamentis, quæ præterea nullius essent relevantiæ, ut potè celebrata à laicali Coetu Parochianorum, quibus permisum non erat ex proprio libito, Curia contradicente, vel inaudita, & sinè justa, & legitima causa, interverte antiquissimas Ecclesiæ, sive Hospitalis leges Apostolica, & Ordinaria authoritate confirmatas, & per plurimum sacerdotiorum observantiam approbatas juxta firmata per Fagnan. in cap. Delicto num. 22. de Præbend. Lotter. de re benefic. lib. primo quæst. 33. num. 11. Frances. de Eccles. Cathedr. cap. 14. num. 172. Barbos. de Jure Ecclesiast. lib. I. cap. 32. num. 17. & 18. Pignattell. consult. Canon. 14. num. 2. tom. 10. & in fortiori dixit Rota in dicta Amalphitana Statutorum 13. Maii 1715. §. primo, & §. Rursus coram Me; Prætensa Cappellaniarum perpetuitas frustra elici posse contendebatur à mox enunciatis regulamentis solemniter celebratis anno 1688. & 1697. In primo etenim Hospitalis Ministri eam tantum exposuerunt declarationem di voler mantenere, e conservare tutti li Cappellani con onore, benevolenze &c. assurando di più di perpetuari, quantum in eis erit; quæ quidem verba ad urbanitatem, & officiositatē directa, nullatenus decernunt, seu præsupponunt, sed potius excludunt Cappellaniarum perpetuitatem, quia ea semel impressa, superfluous de cætero remaneret quicumque Ministrorum favor oblatus ad eumdem effectum perpetuitatis, juxta in specie animadversa per Rotam in sacerditata decis. 15. coram Peuringer. num. 19. & seq. & decis. 11. ad ornatum. Card. de Luc. de Benefic. lib. 12. sub num. 7. In postremo verò anni 1691. Et si renovata in genere, & approbata fuerint regulamenta præterita anno-

annorum 1556. & 1610. nedum tamen nihil conclusum apparet de prætensa perpetuitate, sed insuper Curiæ explicitè reservatur omnimoda jurisdictio, quod ad personas, & bona Hospitalis nec non facultas declarandi amovibilitatem officiorum omnium, & commissionum ejusdem Hospitalis; Quare, juxta ejusdem regulamenti tenorem in nihilum immutata prætendi valet qualitas manualitatis Cappellaniarum, cum stante generica præservativa omnimodæ jurisdictionis, relativè ad illam, quam per decursum plurium sæculorum, Curia exercuerat, evidens sit Cappellianas relictas fuisse in suo primævo statu amovibiles, sub quo sæculis præteritis, Curia ipsa explore confueverat deputationes, juxta regulam generaliter firmatam in Burgen. Decimærum de Belloardo 12. Junii 1716. §. finali cor. Me.

Multoque minus vis fieri poterat in asserta re judicata anni 1702., per quam prætendebatur canonizatam fuisse perpetuitatem Cappellaniarum; quoniam, prætermisso, quod sententia, unde exorta dicebatur res judicata, non immerito reputari posset erronea tamquam lata sub falsa credulitate, quod manualitas fuerit correcta, & immutata per regulamentum anni 1688. de qua tamen correctione, & immutatione non liquet, juxta tenorem ejusdem regulamenti, & multo minus juxta continentiam regulamenti anni 1691. ad cuius limites ferenda erat sententia, ut dixit Rota in Termulen. manu-tentionis 3. Julii 1702. §. Addito coram Reverendissimo D. meo Ansaldo Decano, & in Perusina Fideicommissi 28. Martii 1715. §. Atque hinc coram R.P.D. meo Lancetta; Ea in omnem causam afficere non valuit 15 Curiam in illo Judicio minimè auditam, quæ tamen citanda erat, cùm ageretur de ejus principali interesse, & præjudicio, ex regula Text. in l. Sæpè ff. de re judic. de Franch. decis. 523. num. 17. & 18. Rota coram Bichio decis. 560. num. 4. in rec. decis. 466. num. 47. par. 19. & in Firmana Primogenitura super Immisione 19. Februario 1712. §. Multoque minus coram R.P.D. meo Falconero Alma Urbis Gubernatore.

16 Et tandem nec relevabat, quod non doceretur ex parte Curiæ de amotionibus Cappellanorum; Tum quia contra-

rium emerit ex superiorius enunciato actu exclusionis sequuto anno 1613. qui licet unicus, cessante tamen causa specialis remotionis, confirmat generalem facultatem removendi; Ut in simili dixit Rota coram Bichio decis. 290. num. 31. cor. Emerix jun. decis. 395. num. 17. in recent. decis. 304. num. 12. cum seq. par. 11. decis. 340. num. 21. & 22. par. 15. in Burgen. Juris visitandi de Bribiesca 11. Januarii 1715. §. Sic itaque coram R.P.D. meo Cerro, & in Militen. Jurisdictionis prima Aprilis ejusdem anni §. Facillima coram R. P. D. meo Falconero Alma Urbis Gubernatore; Tum 17 etiam quia in facultatibus planè recepta est propositio, quod per non usum nullum inducit præjudicium, nisi insimil concurreret impedimentum cum subsecuta acquiescentia, ut in puncto Pignattell. consult. Canon. 143. num. 31. in fin. tom. 9. Card. de Luc. de Benef. decis. 97. num. 13. Rot. cor. Priolo decis. 104. num. 33. & seqq. cor. Reverendissimo Ansaldo decis. 12. num. 23. in recent. decis. 469. num. 2. par. 19. & in Bononiæ. Parochialis 11. Decembris §. fin. 1716. cor. Me.

Exindeque evanidæ, & minus in Jure fundatæ compertæ fuerunt Cappellaniarum conquesiones super eo, quod Curiæ Ministri actum illum reportationis clavium die Cinerum expleri solitum ad quamdam obsequii recognitionem, nimis asperè detorserint ad sensum, quod Cappellaniæ annales essent, & amovibiles, ut ita in omnimoda illarum dispositione se se confoverent nedum in præjudicium Cappellanorum, sed quoque insuplicationem Universitatis Parochiarum; Siquidem clavium dimissio, & concessio, juncta præsertim primordiali deputatione ad annum restricta, & ad causam manualem, & mercenariam directa satis superque ex se ipsa, absque ulteriori indagine, ostendit respectum habere non posse, nisi ad amovibilitatem ad regulam Text. in leg. Clavibus ff. de contrahend. Emptione, Andreol. contr. 381. num. 3. cum aliis penè Rotam coram Emerix jun. decis. 859. num. 6. & 7. De reliquis autem solliciti esse non debent Cappellani, qui utpotè ad merum servitium conducti, quocumque se vertant, nunquam evadere poterunt amovibilitatem ab ipsis actu deputationis recognitam, proprio que

que juramento confirmatam, de qua unicè in præsenti controversia agebatur.  
Et ita utraque &c.

R. P. D. C R I S P O

Colonien. Vicariæ.

Luna 6. Martii 1719.

S U M M A R I U M .

1. Ordinarius nequit beneficium patronale conferre liberè, & absque præsentatione Patroni.
2. Pertinentia jurispatronatus ex quibus probetur; & num. 3.
4. Præsentatus à Patrono est instituendus, neglecta quacumque collatione de libero facta.
5. Concurrente clara lege contrariae fundationis, ultimus, seu penultimus status in nulla habetur consideratione.
6. Proviso Præsentati facta ab Ordinario absque ulla mentione præcedentis præsentationis, nullum valet irrogare præjudicium Patronis.
7. Actus commissus à Præsentato in fraudem Patronorum non est attendendus.
8. Quando ultimus status est dubius, recursum est ad penultimum.
9. Ubi agitur inter personas potentes Juspatronatus probari debet ad formam Concilii. Limita, ut num. 10. & 11.
10. Concurrente una cum Universitate, seu persona potenti, etiam persona privata non habet locum forma Concilii.

D E C I S I O VI.

**B**eneficium Vicaria nuncupatum sub invocatione Sanctæ Crucis erectum in Ecclesia Parochiali Sancti Laurentii Oppidi de Arvveiler in Dioecesi Colonensi, quod de anno 1713. vacaverat per obitum Leonardi Ulrichs, tanquam de libero obtinuit Martinus Floistorff ex provisione sibi de eo facta à Serenissimo Electore Archiepiscopo Trevirensi, & actualem insuper illius possessionem natus fuit. Verum Communitas, seu Magistratus ejusdem Oppidi de Arvveiler ægreferens collationem hujusmodi, justèque putans sibi titulo Jurispatronatus ex

antiquissima fundationis lege pertinere jus præsentandi, ad effectivam illicò præsentationem devenit in personam Sacerdotis Henrici Remagen, qui rejectus ab eodem Ordinario, propter jam sequitam beneficii collationem, necesse habuit in judicium vocare supraenunciatum Martinum provisum, contestataque lite inter duos competitores ad controversum beneficium coram Officiali Curia Archiepiscopalis Colonensi, iste aliqualiter prænoscens jus Henrici, demandavit sequestrum super fructibus beneficii: Ast interjecta per possessorem appellatione, causaque discussa in secunda instantia coram duobus Canonicis à Reverendiss. Nuncio deputatis, isti concedere manutentionem eidem Martino possidenti liberè autumarunt, quod judicatum confirmationem obtinuit in ulteriori instantia ab eodem Reverendissimo Nuncio. Modo verò ad Sacrum nostrum Auditorium devoluta tali controversia cum commissione Mihi directa, disputandum proposui Dominis meis in hodierna audientia dubium = An sit adjudicanda Vicaria Martino, seu potius danda institutio Henrico = & Domini optimè prælibantes merita causæ, juribus utriusque collitigantis ad æquam justitiæ lacentem appensis inhærentes priori sententia Officialis Colonensis, responsum dederunt = Negativè quoad primam partem, affirmativè verò, quoad secundam.

Et jure quidem, meritoque concedenda videtur Institutio Henrico, posthabita provisione Martini ab Ordinario expleta; Cùm enim ille exhibeat præsentationem, seu nominationem Magistratus, cuius favore ex fundationis, & dotations præscripto irrefragabiliter promanat Juspatronatus controversi beneficii; Ritè idcirco non valuerat Ordinarius ad liberaam collationem devenire in præjudicium veri Patroni, ipsiusque collatio omni jure nulla reputatur, proindeque retardari non debet Institutio præsentato à verò, & legitimo Patrono ad Text. in can. decernimus 16. quæst. 7. ibique tradunt communiter Gonzal. ad reg. 8. Cancellaria gloss. 56. num. 78. Vivian de jure patr. lib. 11. cap. 3. num. 8. & lib. 12. cap. 5. num. 1. & seq. Lother. de re beneficiar. lib. 2. quæst. 14. num. 49. Barbos. de jur. Eccles. lib.

*lib. 3. cap. 12. num. 163. Antonell. de regim.  
Eccles. lib. 3. cap. 6. nu. 66. Garz. de Benef.  
par. 5. cap. 9. num. 231. & seq. Rot. coram  
Emerix jun. decis. 34. num. 2. & in Lucen.  
Sarzanen. juri/patronatus prima Februarii  
1715. coram Eminentissimo Scotto, & in  
Astoricen. Parochialis 28. Martii 1718.  
§. Perurgente coram Me.*

**2** *Conspicuum autem pro Communitate,  
& Magistratu prefati Oppidi Arvveile-  
rensis undique profuebat Jurispatrona-  
tus documentum ex triplici fundationis  
actu controversæ Cappellaniæ: Constat  
siquidem de illius origine sequuta de an-  
no 1328. ubi specialiter in primæva ere-  
zione reservatum legitur Juspatronatus  
favore Vice-Pastoris, sive Parochi Eccle-  
siæ Sancti Laurentii, eodemque negligente  
in præsentando, expressè committitur  
jus præsentandi Magistratui ejusdem Op-  
pidi: Itidemque probatur ex subsequuto  
actu dotationis, sive augmenti dotis per  
Cives, & Oppidanos confecto de anno  
1482. propter notabilem diminutionem  
ipsius Cappellaniæ reddituum, ubi expli-  
citè fit mentio de dicto Iurepatronatus, &  
particulariter quoque ipsi Magistratui re-  
servatur jus præsentandi. Atque insuper  
Juspatronatus Communictatis superlativè  
evincitur ex Instrumento unionis subse-  
quutæ de anno 1613. ex quo apertissimè  
resultat, quod ad nihilum redactis Cap-  
pellaniæ proventibus in ejus dotem uni-  
tis beneficiis quibusdam de Jurepatrona-  
tus Magistratus ipsius favore in totum  
concessum, seu consolidatum extitit Jus-  
patronatus Cappellaniæ, quibus emer-  
gentibus documentis, non comparent  
Vice-Pastore, utique Magistratus bene  
fundatam habet intentionem suam in jure  
præsentandi juxta firmata per Lamber-  
tinum de jurepatr. lib. 1. par. 2. quæst. 4. ar-  
tic. 4. num. 2. & per Rot. cor. Bich. dec. 106.  
num. 6. & seq. & in Lucana Beneficii 22. Fe-  
bruarii 1709. §. Eoque minus coram Illu-  
strissimo Domino Falconerio Urbis Guberna-  
tore, & in Bononiæ Beneficiorum de Ca-  
stello 13. Decembris 1712. §. Quam primi-  
tiivarum coram Me, & in Cremonen. Bene-  
ficii 2. Maii 1718. §. Neutiquam tamen co-  
ram R.P.D. meo Lancetta.*

**3** *Hujusmodi præstantissimis Jurispatro-  
natus probationibus, ad convincendam  
magis magisque Patronalem pertinen-*

tiam in Magistratu, ad stipulantur quoque  
status uniformes concludentes positivam  
observantiam, & quasi possessionem præ-  
sentandi, inter quos quinque præ cæteris  
dinumerantur, nempè vacationes, & pro-  
visiones subsequitæ de annis 1616. 1668.  
1685. 1692. & 1699. in quibus omnibus  
dilucide patet sacerdictum Magistratum  
continuò præsentasse, ipsiusque nomina-  
tiones plenarium insuper effectum fortis-  
tas fuisse, cum specifica relatione in ali-  
quibus ex prædictis statibus per Ordina-  
rium habita ad fundationem anni 1613.  
cumque proinde ultra legem fundationis  
concurrat quoque observantia, & quasi  
possessio præsentandi, clarum propterea  
**4** emergit jus Magistratus, & præsentatus  
ab eo venit pleno jure instituendus, ne-  
glecta quacumque collatione de libero  
facta, veluti erronea, & inefficaci juxta  
firmata per Rot. dicta decis. 34. num. 2. co-  
ram Emerix. jun. & in Cremonen. Beneficii  
3. Decembris 1706. per tot. coram R.P.D.  
meo Lancetta, & in Majoricen. Beneficii  
9. Maii 1711. §. Certo certius cor. bo. me.  
Caffarello.

His omnibus minimè adversantur pro  
destruenda qualitate Patronali duo infrâ  
citati status in contrarium deducti; Al-  
terum nempè de anno 1692. & alterum  
de anno 1702. qui fuit ultimus, ex qui-  
bus concludi præsumitur libertas confe-  
rendi in Ordinario, exindeque etiam  
contenditur habere locum in casu regu-  
lam Text. in cap. Querelam de elec. & cap.  
Consultationibus de Jurepatr. quam Juris  
dispositionem communiter recipiunt Do-  
cetores, & passim Rot. coram Emerix jun.  
decis. 67. num. 2. & 3. & in Casertana Be-  
neficii 15. Junii 1716. cor. R.P.D. Althann.  
**5** ferè per tot. Ultra quod enim concurren-  
te lege fundationis clarissimè resultante à  
publicis instrumentis, ultimus, seu pe-  
nultimus status in nulla penitus habetur  
consideratione, quia proprietas absorbet  
Possessorium, ex latè collectis in Medi-  
olanen. Beneficii prima Aprilis 1707.  
§. Quinimmò, & seqq. coram Reverendissi-  
mo Domino meo Decano, & in Perusina  
Canonicatus 27. Junii 1714. §. Conseguens  
coram Eminentissimo Scotto; Perlustratis  
insuper, libratisque singillatim, ut par-  
erat, præfatis duobus statibus, satis  
compertum est, eosdem neutiquam suf-  
fragari

fragari posse ad elidendum jus præsentandi in Magistratu perpetuatum ex triplici fundationis lege, & ex præscripta obseruantia elicita ab actibus præcedentibus, inter quos recensetur etiam status anni 1699. qui est intermedius inter duos in oppositum adducto.

6 Quo enim attinet ad primum anni 1692. cùm antecedenter ad collationem Ordinarii Maurus de Haen sub die 17. Januarii obtinuerit præsentationem à Magistratu Patrono, subsequens reportata provisio ab Ordinario, absque ulla mentione dictæ præsentationis, nullum valuit irrogare præjudicium Patronis, qui debuerunt credere, præsentatum ab ipsis obtinuisse Vicariam vigore ejusdem præsentationis, ut in puncto dixit Rot. decis. 136. num. 38. par. 19. recent. & coram Ottobon. decis. 3. num. 16. & seqq. & in Compostellana Parochialis 11. Maii 1716. §. finali coram R.P.D. meo Cerro; Stante præsertim immediatè subsequuto statu anni 1699. in quo Ordinarius ratam habens præsentationem Magistratus, relativè ad legem fundationis præsentatum instituit; Unde propterea ex isto subsequenti statu declaratus, seu correctus remansit status contrarius præcedens, in modum, ut de 7 prædicto actu antecedenti, veluti in fraudem Patronorum per dictum præsentatum commisso, nulla prorsus in præsenti sit habenda ratio, ad tradita per Rot. decis. 17. num. 8. & decis. 290. num. 8. par. 18. recent. & in Majoricen. Beneficii 11. Maii 1705. §. Etenim in fine, & in Romana Cappellaniæ S. Nicolai 28. Junii 1709. §. Diximus coram Reverendissimo D. meo Ansaldo Decano; Et licet contenderetur circa tempus præcisum præsentationis expletæ de anno 1691. dum è converso docetur ex Processu originali in actis producتو, quod revera sequuta fuit præsentatio die 17. Januarii, non verò, ut præferebatur, die 17. Junii, nihilominus quidquid sit de hoc statu anni 1692. semper urget antedictus actus immediatè subsequens anni 1699. qui est declarativus præcedentis, & est undequaque limpidus pro Magistratu.

Quò verò ad ultimum statum anni 1702. Iste profectò non modicas involvit difficultates, & non solum est æquivocus, dum continet in ventre relationem ad Instru-

Pars VI.

mentum fundationis ibi = Ita tamen ut juxta fundationem, & unionem Altarium anni 1613. factam; Sed etiam ex eo justè, & rationabiliter confici valet, quod facta fuerit collatio ab Ordinario jure devoluto ob desertionem, seu non residen- tiam personalem Cappellani, prout declaravit ipse Ordinarius, mediantibus literis, quas Reversales appellant; Et ulte- rius fuit contradicta, atque impugnata à Magistratu declarante acquiescere velle provisioni, eo tantummodo casu, quo Ordinarius dictum Reversale transmite- ret, & non aliter admisit provisum, quācum clausula = Qua ex parte nostra præ- sentatum, ex præsupposito dicti Reversa- lis facti ab Ordinario, ad quod expressam habuit relationem, ut in Summario Henri- ci num. 3. Et quamvis existentia Matricis originalis dicti Reversalis impugnetur; In confictu tamen probationum hinc inde deductarum, saltem dictus ultimus status dubius remanet, & proinde recurrentum est ad penultimum anni 1699. indubitan- ter faventem Patronis, ut passim respon- dit Rot. & signanter in Casertana Beneficii 13. Maii 1718. Aſt quando coram R.P.D. meo Herrera; Accedente præsertim claro titulo fundationis, ad quem ultimus sta- tus habet relationem, & proinde ad for- matum anteriorum Statuum, & legis fun- dationis regulanda venit hodierna con- tentio, ad tradita per Rot. in Reatina Be- neficii 20. Januarii 1701. §. Utique 23. Aprilis 1703. §. Minime cor. Reverendissi- mo D. meo Ansaldo, & in Spoletana Juris- patronatus 29. Junii 1705. §. Hæc coram- bon. mem. Omanna, & in Cassanen Beneficii 27. Martii 1713. §. Parum relevante co- ram Me.

Nec ad propositum relevare posse visa fuit objectio fundata in dispositione Con- cilii Tridentini de reformat. cap. 9. in qua sancitum fuit, quod ubi agatur inter Per- sonas potentes, pertinentia Jurispatro- natus, vel ex fundatione, sive ab imme- morabili unà cum præsentationibus per authenticas scripturas spatio annorum 50. continuatis, ac effectum fortitis plenissi- mè justificari debet, & longæva possesso veluti suspecta de usurpatione, & violen- ta authoritate, pro irrita, & infecta de- claratur, ut consentaneè ad dictam Con- ciliarem dispositionem communiter do-

LII cuerunt

cuerunt *Francis. Salern. consil. 49. lib. 1.*  
*cap. 7. Zipeus respons. Canon. lib. 3. de jure-*  
*patron. consuli. 3. per tot. Gonzal. ad regul.*  
*Cancell. gloss. 18. num. 70. Rot. in Bononien,*  
*Archipresbyteratus 10. Martii 1710. §. Ad-*  
*dito coram Reverendissimo Aldrovando, &*  
*in illius confirmatoria 27. Februarii 1711.*  
*S. Atque hinc coram bon. mem. Molines.*  
*¶ Quandoquidem tam prima, quam secun-*  
*da lex fundationis tribuit Juspatronatus*  
*Magistratui insimul, & Vice-Pastori, &*  
*idcirco concurrente una cum Universita-*  
*te, seu persona potenti etiam persona*  
*privata, non habet locum forma Concilii,*  
*ut limitant Barbos. ad Concil. sess. 25. cap. 9.*  
*num. 53. Rot. decis. 154. sub num. 7. par. 2.*  
*Adden. ad Gregor. decis. 222. num. 11. Pa-*  
*nimoll. annot. 10. num. 22. Animadverten-*  
*do insuper, quod eadem Conciliaris dis-*  
*positio locum præcisè sibi vindicat in ca-*  
*su, quo Juspatronatus deduci prætenda-*  
*tur ex sola observantia. Quando autem*  
*istud fundatur in documento claro funda-*  
*tionis, prout in themate, ubi triplex*  
*concurrit, inefficax sanè censeri debet*  
*dispositio Concilii, ut in puncto Card. de*  
*Luc. de jurepatron. disc. 3. n. 27. & disc. 58.*  
*num. 15. Ventril. in prax. par. 2. annot. 1.*  
*S. 2. nu. 28. R.P.D. meus Petra ad Confit.*  
*Apostolic. tom. 3. ad Confit. 7. Innocentii IV.*  
*sect. 2. num. 29. Rot. decis. 800. nu. 5. par. 4.*  
*divers. & decis. 168. nu. 33. par. 10. & de-*  
*cis. 178. num. 6. par. 12. recent.*

Minusque ad intentum obesse valuit  
 ponderatio insinuata à Defensoribus Mar-  
 tini, quod nimirum Ordinarius non jure  
 devoluto contulerit Vicariam, sed tan-  
 quam Administrator Prumiensis, & veluti  
 subrogatus in locum Vice-Pastoris ejus-  
 dem Ecclesie Sancti Laurentii, cui alter-  
 nativè cum Magistratu ex fundatione an-  
 ni 1328. pertinebat jus præsentandi, pro-  
 visionem expleverit; etenim ex documen-  
 tis datis ab utraque parte manifestè con-  
 trarium resultare videtur tam ex colla-  
 tionibus anni 1668. & 1699. quam etiam  
 ex ultima anni 1702. ubi idem Ordina-  
 riuss processit ad privationem beneficii, &  
 contulit jure devoluto tanquam Ordina-  
 riuss, & in id ipsum collimant omnes actus  
 ab eodem Serenissimo Electore facti circa  
 istam Vicariam, semper relativè ad jus  
 Ordinarii, quod habet in dicta Ecclesia,  
 tanquam Administrator Prumiensis, nun-

quam verò tanquam Patronus, ut legitur  
 Summario Henrici num. 5. & 9. & etiam in  
 Summario Martini num. 2. 3. & 4.

Et ita utraque parte in valido contra-  
 dictorio audit, & iura sua feliciter de-  
 ducente, resolutum fuit.

R. P. D. C E R R O

Romana Cappellaniæ.

Luna 20. Martii 1719.

### S U M M A R I U M.

- 1 Existens in possessione Cappellaniae est in ea manutenendus.
- 2 Patronus habens à Fundatore facultatem disponendi de Cappellania, vita sua durante, tanto con titulo perpetuo, quanto ad nutum amovibile; si presentet in Testamento, an præsentatio censeatur facta sub titulo perpetuo, audeat successor, sive substitutus, nequeat Cappellanum removere.
- 3 Clausula omni meliori modo importat actus subfidentiam eo utiliori modo, quo valeat sustineri.
- 4 Nominatio pro sui executione non expectat obitum Testatoris.
- 5 Nominatio, sive præsentatio non prohibetur fieri in testamento.
- 6 Nominatio, sive præsentatio, licet emissa in testamento, rectè dicitur facta in vita Testatoris.

### D E C I S I O VII.

**R** Edigendo ad exercitium Abbas Hie-  
 ronymus Rosa eam absolutam fa-  
 cultatem disponendi de Cappellania ere-  
 cta in Ecclesia Monialium S. Urbani, quam  
 Philippus Spanò in Testamentariis tabu-  
 lis ei reliquerat, plures nominavit Cap-  
 pellanos ad nutum amovibiles, donec  
 ejus vota steterunt in Dominico Laymo;  
 Non enim contentus consueta præsen-  
 tatione, quam de illo fecerat in vita, usque  
 de anno 1703. ut in illius cōmodum in-  
 dulto sibi jure pinguis etiam uteretur in  
 morte ita anno 1716. in ejus testamento  
 disposuit = Volendo si ora servire delle fa-  
 coltà concessegli di sua spontanea volontà,  
 ed in ogni miglior modo nomina per Cappel-  
 lano

lano in detta Venerabil Cappellania, e Chiesa di S. Urbano, come sopra, il Rev. Signor D. Domenico Laymo moderno possessore della medesima, volendo, che il medesimo la possieda, e faccia tutto quello, che ad un buon Cappellano si conviene, e questo in vigore delle facoltà, che esso Signor Testatore dice, ed afferisce avere non solo in questo, ma in ogni miglior modo &c. Verum existente adhuc dicto Laymo in quasi possessione Cappellaniae Deputati ejusdem Monasterii, ad quod post obitum memorati Hieronymi devolvi debebat jus præsentandi, nominarunt ad istum effectum Antonium Carluccium, atque ideo instructa in Tribunali A. C. inter utrumque judiciali disputatione super manutentione in quasi possessione preenarrata Cappellaniae, placuit Judici annuere instantiae d. Carluccii; quod tamen Judicium fuit in hodierna audientia retractatum à nostro Auditorio: Nam requisito Dominorum sensu = An, & cui danda esset manutentio, responderunt = dandam esse manutentionem Laymo =

<sup>1</sup> De illius enim quasi possessione non remanebat in aliquo dubitandum, dum non revocabatur in dubium, ipsum Sacra celebrasse in hac Cappellania usque ad diem motæ litis in vim geminæ nominationis à Hieronymo Rosa reportatae, quarum altera facta dognoscitur anno 1703. altera verò in supremo illius elogio, de quo supra relata fuit dispositio, ac propterea omni jure debita erat ei manutentio, quæ tamquam fructus quasi possessionis semper concedi debet ad statum, in quo possessor reperitur constitutus de tempore motæ litis, ut testatur Rot. apud Posth. de manut. decif. 51. num. 8. & coram Bichio decif. 59. nu. 1. & in recent. dec. 66 1. num. 4. par. 18. Et quidem in exclusionem Carluccii contradicitoris, qui ut potè præsentatus à Deputatis, quando jam Cappellaniae quasi possessio erat apud Laymum ab isto vincitur temporis prærogativa, & possessionis anterioris privilegio, ad hoc, ut in illius concursu nullam sperare debeat manutentionem ad notata per Posth. d. tract. observ. 17. num. 44. & seqq. Rota coram Gregor. decif. 4. num. 2. & cor. Pro-Patruomeo decif. 78. nu. 1. & seqq. & in rec. dec. 254. n. 1. par. 19.

<sup>2</sup> In oppositum non urgente, quod quod-  
Pars VI.

cumque jus, seu quasi possessio Laymi expiraverit cum morte Hieronymi Rose, eo quia jus disponendi de controversa Cappellania, tanquam restrictum, vita sua durante, prætergredi non valuerit ultra ejus vitam, sed eo defuncto jus Cappellum præsentandi pertinere deberet ad Deputatos ejusdem Monasterii; Et enim juxta verba Testamenti pii Fundatoris collata fuit eidem Hieronymo facultas disponendi de præfata Cappellania vita sua durante = tanto con titolo perpetuo, quanto ad nutum amovibile, e conforme a lui parerà, e piacerà = quo circa, cum prædictus Hieronymus ultra consuetam nominationem, quam fecerat anno 1703. de d. Laymo tamquam de Cappellano amovibili, utilius duxerit eumdem de novo præsentare in actu confectionis Testamenti, nè actus iste recipiat frustraneam, inutilemque interpretationem, non in aliud sensum trahi juridicè potest, nisi in præsentationem sub titulo perpetuo, quantumvis hoc non expreſſerit in litera, evitando sic quamcumque illius superfluitatem, ut faciendum esse monuit Rota coram Merlino decis. 889. num. 3. & coram Priolo decis. 303. num. 8. & ad ornat. Card. de Luc. lib. 9. decis. 28. num. 17. & in recent. decis. 114. num. 2. & 23. par. 17. id ulterius comprobante enixa nominantis voluntate explicata verbis illis = volendo, che il medesimo la possieda = necnon clausula = omni meliori modo non semel, sed bis in eadem nominatione repetita, quæ suaptè natura importat actus subsistentiam, eo utiliori, ac magis proficuo modo, quo valeat sustineri, ut advertunt Barbos. de clausul. claus. 95. num. 7. Palm. nep. alleg. 131. num. 2. Altograd. contr. II. num. 23. Rot. cor. Buratt. dec. 12. nu. 13. & dec. 336. n. 7.

Quemadmodum verò constitit ex iis Hieronymum Rosam voluisse revera utiliori titulo Cappellaniae commodum præbere Laymo, qui alius esse non poterat, quam titulus perpetuus, ita in nihilum obſistebat ejusdem actus validitari, quod exercitus fuerit in Testamento quasi verba illa = sua vita durante = coerceant jus præsentandi ad actum inter vivos, nec illud extendant ad ultimam voluntatem, quæ sortiri non valebat effectum suum, nisi post mortem. Quoniam cùm nomina-

tio nou expectet pro sui executione Testatoris obitum, sed jus transferat in praesentatum statim, ac secuta fuerit, ut advertunt Tiraquell. in l. boves §. Hoc sermone fallen. 23. ff. de verbis signific. Cald. de nominat. emphyt. lib. 2. quæst. 10. nu. 83. vers. vel etiam, & nu. 84. vers. ea itaque, in modum, ut ea semel facta nulli revocabilitati maneat exposta Lambertin. de jure patr. par. 2. lib. 2. quæst. principali 17. art. 8. num. 3. Cald. d. tract. lib. 3. cap. 4. 5 num. 39. nullo jure prohibetur fieri in Testamento, neque ideo desinit recenseri inter actus factos inter vivos, ut in specie notat Paris. conf. 46. num. 36. & seq. lib. 4, 6 cùm licet emissa in Testamento, rectè evenisse dicatur in vita Testatoris juxta doctrinam Alciat. in l. ultima num. 44. Cod. de pact. Covarr. variar. resol. lib. 3. cap. 12. §. Quibus accedit vers. hinc, etiam Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 3. nu. 7. Præsertim inspecto absoluto arbitrio, effrenataque facultate, qua dictum jus præsentandi concessum fuit, quæ efficiunt, ut præsentantis potestas nullis limitibus censeatur circumscripta, nullisque Juris subtilitatibus limitata, ut ad rem penderant Ruini. conf. 27. n. 1. lib. 1. Surd. conf. 357. n. 10. Gabriel. conf. 143. n. 10. lib. 1. Menoch. de arbitrar. qu. 7. n. 32.

Et ita utraque &c.

### R. P. D. C E R R O

Colonien. Pastoratus.

Veneris 24. Martii 1719.

### S U M M A R I U M .

- 1 Ecclesia de jure presumuntur liberæ, & non patronales.
- 2 Confirmatio donationis Jurispatronatus, non referens totam substantiam, & integrum donationis tenorem non potest admitti ad probandum Jurepatronatus.
- 3 Non docto de pertinentia Jurispatronatus apud Patronum sola assertiva ejusdem, Patroni donantis non sufficit pro transferencendo jure in Donatarium.
- 4 Unio est incompatibilis cum Jurepatronatus Ecclesia unitæ.
- 5 Ex unione Ecclesia patronalis facta in augmentum Præbendæ de consenso Pa-

tronorum, censemur amissum eorumdem.  
Jurepatronatus.

- 6 Ex investituris, & institutionibus concessis in beneficiis an inferri possit ad Jurepatronatus.
- 7 Enunciativa quod Ecclesia spectat ad aliam Ecclesiam, an referri debet ad titulum Jurispatronatus.
- 8 Sub nomine Villæ, non includitur Ecclesia.
- 9 Non constito de pertinentia Jurispatronatus collationes beneficii liberè factæ ab Ordinario dici nequeunt actus spoliatiivi, aut turbativi.
- 10 Præsentationes intermediae eliseæ, & absortæ remanent ab antecedentibus, & subsequentibus liberis provisionibus Ordinarii.

### D E C I S I O . VIII.

**I**N contumaciam Promotoris Fiscalis Curiae Archiepiscopalis Colonien. decimus fuit die 20. Junii anni præteriti = Confare de Jurepatronatus Præpositi, & Archidiaconi Collegiatæ Xantensis super Pastoratu Ecclesiæ Parochialis Oppidi Durstenensis = At comparente postmodum eodem Promotore facile fuit obtainere, ut adversus editam Decisionem audiretur, donec hodie detecta fuit insubstantia, cui præterita resolutio innixa fuerat, Domini recesserunt à decis. .

- 1 Cum enim in hac Jurispatronatus materia dispositio Juris ita faveat Ecclesiarum libertati, earumque servituti resistat, ut non aliæ statui legitimè valeat, nisi ubi concludatur, vel mediante Instrumento foundationis, vel in istius defecum, per rem judicatam, sive per observantiam centenariæ metam attingentem, inefficacibus de cætero remanentibus in petitorio simplicibus præsumptionibus, levibusque indiciis, & conjecturis, quæ ob dictum juris obstaculum illico collabescunt, juxta theoreticam Innocentii in cap. Cum Venerabilis num. 9. de except. de qua Rota coram Cavaler. decis. 159. num. 1. & in rec. dec. 395. num. 4. par. 19. & in Urbanien. Canoniciatus 29. Maii 1693. §. Hæc enim coram bon. mem. Muto, & in Cremonen. Beneficii 11. Maii 1705. §. Non solùm coram bon. mem. Kaunitz; Ruebat illico præcipuum fundamentum, quod pro stabiliendo isto Jurepatronatus amplexus fuit

fuit antecedens Decisio, donationis scilicet emissæ à Patronis Ecclesiæ Durstensis, cùm ea nequaquam valeret assumere vices Instrumenti donationis, eo quia nullum de illa afferebatur documentum, sed quædam tantummodo ejus confirmatio-  
nes exhibebantur referentes simplicem enunciativam donationis factæ à Patronis = sicuti in eisdem literis pleniū conti-  
neri refertur = atque ideo cùm non refe-  
rant totam substantiam, integrumque donationis tenorem, sed circa illum se habeant relativè ad Instrumentum dona-  
tionis, admitti nullo pacto valent ad probandum Juspatronatus, tanquam refe-  
rens finē relato, ex regula Text. in Auth.  
se quis in aliquo Cod. de eden. Rocc. disput.  
Jur. cap. 20. num. 31. Rot. coram Bich. decis. 208. nū. 4. & in recent. decis. 569. n. 14.  
par. 19. & in specie scripturæ confirmantis  
Rot. cor. Duran. dec. 285. n. 118.

3 Quod si solo inspecto defectu donatio-  
nis Instrumenti nulla resultare potest Ju-  
rispatronatus probatio, magis incalescit  
vis argumenti, sive quia nec à parte ante  
docebatur de pertinentia istius Jurispa-  
tronatus apud Patronos, qui enuncian-  
tur in dictis confirmationibus, ut illius  
*Donantes*, quaque probatione seclusa,  
nullius remanet momenti sola assertiva  
Donantis, pro transferendo jure in Do-  
natarium, ut monuerunt Natt. conf. 10.  
num. 7. Decian. conf. 33. num. 52. lib. 1. co-  
ram Ptole. decis. 318. nū. 24. & in recent.  
dec. 197. num. 81. & seq. par. 5. & dec. 247.  
num. 3. par. 7. sive quia præfatæ confirma-  
tiones nil aliud præferunt, quam unio-  
nem Ecclesiæ factam pro augenda massa  
Canonorum Collegiatæ, ut videre erat ex

4 illa anni 1233. & 1308. Ac proinde sicuti  
unio incompatible est cum Jurepatrona-  
tus Ecclesiæ unitæ; quia servitus in re  
propria dari non potest, Card. de Luca de  
Paroch. dis. 10. nū. 8. Rota. in Constantien.  
unionis super bono Jure 21. Junii 1710.  
§. Præfertim coram R.P.D. meo Crispo, &  
in Salisburghen. Vicariæ 31. Januarii 1714.  
§. Aft Domini coram R.P.D. meo Falconerio  
Urbis Gubernatore, & 4. Februarii 1715.  
§. Unionem coram eodem R.P.D. meo Crispo,  
& in Compostellana Parochialium 13. Martii  
1716. §. Minusque coram Reverendissi-  
mo D. meo Ansaldo Decano; Ita ab unione  
prædicta plurium Ecclesiæ, inter quæ

accensetur Xantensis, facta in augmen-  
tum Præbenda, & cum consensu Patro-  
norū, potius amissum, & extractum  
censetur quocumque eorūdem Juspa-  
tronatus per ea, quæ adnotant *Lambertin.*  
de Jurepatr. lib. 3. qu. 7. art. 10. nū. 1. Vi-  
vian. eodem tract. lib. 5. cap. 1. n. 13.

Quia potiori lege sic diruta, inutiliter  
recurrebatur ad patrocinium observan-  
tiæ. Quippe quæ vel colligebatur ex ad-  
notationibus in quibus Præpositus Xantensis  
descriptus reperitur tanquam Collator, &  
istæ sunt extra sphæram præsentis dubii  
unicè cadentis super pertinentia jurispa-  
tronatus, non verò super jure conferen-  
di, cuius examen esset in particulari judi-  
cio assumendum; Vel ex descriptonibus  
quarundam simplicium Investiturarum, &  
Institutionum per Præpositum concessarum  
in Beneficiis inferioribus sitis in Ecclesiæ  
Durstæ, & tamen ex enunciatis Investi-  
turis nil inferri potest ad juspatronatus,  
juxta doctrinam Abb. in ra. auctoritat e  
nun. 9. de Instit. quam sequitur Lotter. de  
re benef. lib. 2. qu. 1. n. 24. Vivian. de Ju-  
repatr. lib. 5. cap. 1. n. 103. Vel demum ex  
enunciativa, quod Ecclesia de Dorsten spe-  
ctaret ad Ecclesiam Xantensem, & ea cum  
emissa fuerit usque de anno 1292. recipit  
eam congruam interpretationem, ut re-  
ferri debeat ad pertinentiam, quæ resul-  
tabat ab enunciativa unionis, juxta præ-  
ambulam confirmationem anni 1293. ci-  
tra quod opus sit eam referre ad titulum  
jurispatronatus per ea, quæ adnotavit  
Rot. coram Emerix jun. decis. 947. num. 4.  
& in rec. decis. 330. num. 25. par. 9. & in  
Compostellana Parochialium 13. Martii  
1714. §. Constatilita coram Reverendissimo  
D. meo Ansaldo Decano.

Sub eademque classe annumerari pro-  
merebantur alia enunciativa quod vide-  
licet Villa Dursten esset Allodium Ecclesiæ  
Xantensis, quodque istius Præpositus uti  
Archidiaconus in Ecclesia Colonien. esset Col-  
lator Ecclesia Parochialis in Dorsten = ut  
ex Summario Præpositi num. 10. & 11. cui  
cohæret alia enunciativa relata in eodem  
Summario num. 12. per quam præmissa  
eadem enunciativa unionis hujus Paro-  
chialis Ecclesiæ Dorstensis eidem Archi-  
diaconali Xantensi refertur = Jurisdictionem,  
sive novam provisionem vacantis Pa-  
storatus competisse, & competere antedicto

Præ-

*Præposito*; Etenim, ut mox fuit prænotatum, *Jus conferendi*, seu *providendi*, nil commune habet cum pertinentia jurispatronatus; *Allodium* verò præterquam quod & ipsum à jure patronatus diversum est, adhuc enunciatum reperitur tantum

**8** de Villa Dursten; Quapropter extendi non potest ad Ecclesiam, cùm aliud sit *Villa*, aliud verò *Ecclesia*, nec una includi potest sub denominatione alterius, ut in specie advertit *Rot.* in Cracovien. Plebania 22. Januarii 1717. §. Atque hinc, & 11. Junii ejusdem anni §. *Quod si coram me.*

Verùm quocumque legitimæ obseruantiae initium everti penitus visum fuerat ex contraria, longèaque quasi possessione liberè conferendi Pastoratum, de quo agitur, in qua ultra centenariæ spatium reperitur Serenissimus Ordinarius; Ista enim magis, magisque confovet eam Juris assistentiam apud ipsum inharentem pro libero exercitio collationis Beneficiorum sua jurisdictionis, ut testatur *Rot.* coram Bich. decis. 146. num. 10. & in rec. decis. 406. num. 5. par. 16. & in Novarien. Parochialis 23. Martii 1696. §. Nec sufficienter cum seqq. coram clar. mem. Card. Caprara; Absque eo quod hujusmodi collationum series tribuenda sint actibus spoliativis, & turbativis, non aptis præjudicium inferre intermediis præsentationibus factis ab Archidiacono, uti Patrono,

**9** sicuti inquit *præcedens Deciso Causæ*; Quoniam cùm ex supra deductis nec à longè constet de pertinentia jurispatronatus apud Præpositum, nullimodè congruere potest qualitas spolii, & actus turbativi respectu Ordinarii fulciti Juris assistentia, ut respondit *Rot.* in Caputaquen. Jurisdictionis 4. Maii 1708. §. *Siquidem coram*

**10** bon. mem. Caffarello, itaut potius in oppositum actus intermedii assertarum præsentationum factarum à Præposito, si quæ adfuissent, remanerent elisi, & prorsus absorti ab antecedentibus, & subsequentiibus liberis provisionibus Ordinarii Collatoris, nè alicujus numeri essent habendi, ut consentaneè firmavit *Rot.* in Placentina Jurispatronatus 10. Martii 1704. §. Cumque coram bo. me. Molines, & in Romana Cappellaniæ S. Nicolai 28. Junii 1709. §. *Diximus cor. Reverendiss. D. meo Ansaldo Decano.*

Et ita utraque &c.

### R. P. D. C E R R O

Placentina Beneficii.

Luna 27. Martii 1719.

### S U M M A R I U M.

- 1 *Appellatio non causam, sed instantiam, tantummodo diversificat.*
- 2 *Vocatis ad Juspatronatus solis masculis, hæres qualitate masculina non pollens, quasi possessione defuncti juvari non valet.*
- 3 *Vocatis ad Juspatronatus solis Masculis, Fæmina in eo succedere non potest.*
- 4 *Per Codicillos non censetur recessum à dispositis in Testamento. Limita, ut ibi.*
- 5 *Vocatis in Testamento ad Juspatronatus solis Masculis, & in Codicillo vocatis absolute, & simpliciter hæredibus, & descenditibus, nomine hæredum, & descenditum, veniunt soli hæredes, & descendentes masculi. Amplia, ut num. 6.*
- 7 *Reservato Jurepatronatus ab Ordinario in limine fundationis favore omnium descenditum sine ulla qualitate masculinitatis, habita relatione ad Testamentum, & Codicillos; pro statuendo qui vennant nomine descenditum, recurrente est ad dispositionem factam in Testamento, ac in Codicillis.*
- 8 *Dicti quodlibet tribuens unicuique jus in solidum, & cumulativum, importat jus non decrescendi, vel jus accrescendi refutans à conjunctione saltē verbali.*
- 9 *Vocatus ad quotam hæreditatis, succedere potest in toto Jurepatronatus.*
- 10 *Donatio Jurispatronatus facta Beneficio pleno, & pro prima vice, qua vacare contigisset, an sustineatur absque confirmatione Apostolica.*
- 11 *Ad validitatem donationis Jurispatronatus non sufficit consensus Vicarii, aut Pro-Vicarii.*

### D E C I S I O IX.

**D**ecertantibus inter se Francisco Carraria à D. Marchione Laurentio Verzusio Biretta Lando præsentato, ac Josepho de Sylvestris nominato à D. Comitissa Hippolyta Landa, seu Joanne Baptista

ptista Jacometto illius Donatario super adjudicatione Beneficii S. Margaritæ ereti in executionem piæ dispositionis Margaritæ Landæ arrisit Josepho de Sylvesteris Judicium Sacri Auditorii usque ad promulgationem sententiaæ coram R.P.D. meo Foscaro præviis Decisionibus editis sub diebus 3. Julii 1717. & 11. Martii anni præteriti, ad hoc impellente ea potissima ratione, quod Fundatricis voluntas, licet juxta Testamenti tenorem aper-tissima pro restrictione Juris præsentandi ad solos filios, & descendentes masculos suorum hæredum, vel correcta fuerit in Codicillis postea conditis, ac in unctione jurispatronatus facta auctoritate Ordinarii, vel saltem non leves involveret difficultates prælatio masculi in exclusione foeminæ alterius lineaæ, quodque præsens controversia ageretur inter præsentatos in simplici possessorio, atque ideo non aliæ dirimenda esset, quam ad formam ultimi status ex persona Francisci Patris assistentis Hippolytæ. Verum in hac nova instantia ad me devoluta, exposito negocio diligentiori trutinæ, cum ex documentis nunc superadditis, detexta fuerit earundem rationum insubstentia, Domini convenerunt in responso pro informatione sententiaæ.

Quod enim præsens litigium non veretur in mero possessorio, sive inter duos præsentatos institutionem petentes, facile pandebat illius instructio secuta coram Vicario Generali Placentiæ post completam unam, atque alteram præsentationem ab unoquoque Patrono: Iste quippè primariò, & principaliter egerunt super jurispatronatus pertinentia, exhibendo iuratis iura, quæ illam concluderent, ac super eadem pertinentia jurispatronatus interlocutus fuit Vicarius Generalis ejus sententia, qua pronunciavit præsentationem Marchionis Verzusii Birettæ Landi, tamquam factam à vero, & unico legitimo Patrono dicti Beneficii, validam fuisse, & esse, valere, & tenere debere &c. non obstantibus deductis pro parte Josephi de Sylvesteris nominati, & præsentati ad idem Beneficium per Jacomettum assertum cessionarium Comitissæ Hippolytæ Landæ, cuius nominationem, & præsentationem, utpote procedentem à personis nullum jus nominandi, & præsen-

tandi habentibus, rejecit ideo, ac omnino invalidam, & insubstantem declaravit; in quibus profectò terminis neutrum sustineri potest, Patronos adhæsse dumtaxat institutioni petitæ ab eorum præsentatis, ut indè immutari non potuerit natura Judicii possessorii, sed comparuisse dicendum est pro tuitione principali eorum jurispatronatus, nullumque isti actioni ita introductæ super petitorio potuit præjudicium inferri à dubio in Rotæ disputato super adjudicatione Beneficii, utpote quod respicit etiam peritorium, ubi Patroni jam erant in causa, & adjudicatio disputabatur in gradu appellationis à sententia lata in petitorio, cum appellatio non causam, sed instantiam tantummodo diversificet, Rot. cor. Coccin. decis. 42. num. 6. & decis. 78. num. 10. & decis. 123. num. 9. Licet de cætero tametsi standum esset quasi possessioni præsentandi dicti Francisci, attamen cum illa inhæserit qualitati masculinitatis, dum vocatio ex infrâ dicendis restricta fuit ad solos masculos in hoc jurepatronatus, utique hæres, quæ dicta qualitate masculina non pollet, nec quasi possessione ista defuncti juvari valeret, ad notata per Rotam in Casertana Beneficii 27. Martii 1715. §. Ratio, cor. Eminentissimo Scotto, & in Salernitana Jurispatronatus 13. Januarii 1716. §. Certa coram R. P. D. meo Crispo.

Re itaque perducta ad examen pertinentiæ jurispatronatus, videbatur illicè omnis quæstio decisa ex ipsa dispositione Margaritæ Fundatricis: Illa enim scriptis sibi in hæredes pro æquali Verzusio Lando ejus fratre, & Francisco ex Ascanio altero fratre præmortuo nepote, illos erigere gravavit duo beneficia jurispatronatus Laicalis, ita quod nominatio, & præsentatio Clericorum &c. ad dicta beneficia, & ad quodlibet eorum spectet, & pertineat ad dictos suos hæredes donec vixerint, seu vixerit, & post eos ad filios, & descendentes dictorum hæredum suorum usque in infinitum, masculos tamen, & legitimos &c.

3 Quorum descendantium masculorum applicatione, quo magis includitur Marchio Laurentius, quantumvis de linea dicti Verzusii per medium foeminum descendat, juxta receptum consil. Fulgos. 85., quod communiter sequuntur Card. de Lu-

*ca de Jurepatr. disc. 28. num. 3. & disc. 29.  
num. 8. Rota in recent. decis. 132. num. 14.  
& seqq. par. 16. & decis. 27. nu. 1. par. 18.  
& in Faventina Jurispatronatus 12. Maii  
1710. §. Quin prædictis, coram Reverendissimo D. meo Ansaldo Decano, eò magis repellitur Hippolyta, quæ tamquam fœmina ad illud aspirare non potest, ad tradita per Peregrin. consil. 23. num. 3. Fusar. de substit. quæst. 311. num. 10. Rodulphin. alleg. 179. num. 5. Rot. coram Buratto decis. 272. nu. 3. & 16. & cor. Dunozz. jun. decis. 651. num. 32.*

- 4 *Quin adeò manifesta vocatio taxativè ad solos masculos alterata, vel in minimo fuerit in posterioribus codicillis, in quibus vocati reperiuntur indistinctè hæredes, & descendentes; Nam præmissa ea juridica regula, qua traditur codicillos ita esse testamenti partes, ac vicissim supplere Testantis voluntatem, ut per eos recessum non censeatur à dispositis in testamento, nisi vel fuerit expressum, vel cum eis conciliari non valeat, ad Text. in leg. Alumna 30. §. Qui filiam ff. de alimento. legat. & leg. Sanctimus God. de Testam. Peregr. de fideicommiss. artic. 18. num. 33. Palma Nep. alleg. 389. num. 23. Rot. coram Emerix jun. decis. 373. num. 6. & in recent. decis. 347. num. 9. par. 14. & decis. 232. num. 4. & seqq. par. 18. & in Romana fideicommissi de Alberinis 10. Martii 1698. §. Geminæ cor. R.P.D. meo Lancetta; Non erat porrò unde ista correctio desumi valeret ex sola distincta vocatione hæredum, seu descendantium, cùm istorum nuncupatio non solum non sit incompatibilis cum antecedenti expressione descendantium masculorum emissa in testamento, ut necesse esset pro illa abroganda, sed congruè conciliari potest, ut restringatur ad solos masculos; Hoc autem non fieri permittitur ex tacita, & præsumpta mente Testatrix, ad notata per Peregrin. de fideicommiss. artic. 25. sub num. 49. Fusar. de substit. quæst. 325. num. 8. & seqq. Rot. post Vivian. de Jurepatr. decis. 139. num. 9. nullo tutoiori medio fieri potest, quām illo subministrato ab ipsa Testatrice in præcedenti elogio, quod supplet, declaratque sui natura codicillos tanquam ejusdem Testamenti partes, per ea, quæ advertit Rota in rec. decis. 160. num. 11. & 12. par. 13.*
- 6 *Quod si sola ista actuum consonantia,*

& connexitas apta est suadere de per se hanc tacitam repetitionem qualitatis masculinæ in descendantibus vocatis in codicillis, efficitur ea quodammodo necessaria ex ipsa voluntate Fundatricis: Et enim istos hæredes, seu descendentes non invitavit indefinite in codicillis per orationem completem personas diversi generis ab eis, quas explicaverat in testamento, sed usi fuit dictiibus repetitiis ibi = dictorum suorum hæredum, seu eorum descendantium = & rursus ibi = Per dictos hæredes suos, vel descendentes ut supra = quæ continuativæ, & præsuppositivæ sunt illorum met hæredum, & descendantium, quos nuncupaverat in priori testamento. Qua propterea si in testamento isti hæredes, & descendentes appellati noscuntur sub qualitate masculina, non diversimodè intelligi possunt vocati etiam in codicillis, ita exigente efficacia dictiis relativæ, quæ non potest repetere eas qualitates, quæ aderant in suo relato, ut testatur Rodulphin. alleg. 145. num. 6. Adden. ad Buratt. dec. 272. sub n. 19. & 20. Rota in Mediolanen. Cappellaniæ 23. Martii 1703. §. Fortius cor. bon. mem. Molines; Quando alioquin ubi verba hæredum, & descendantium accipiuntur in tota eorum latitudine, & sic indefinite, prout sonant in codicillis, absque eo quod supplantur à qualitatibus, quibus circumscripta legebantur in testamento, apta profectò essent nedum subincludere fœminas, sed etiam illegitimos, ac spuriros quoсumque, à quibus adeò enixè in testamento Fundatrix abhorruerat, cùm isti non minus, quam legitimi veniant appellatione descendantium, juxta animadversa per Rotam in rec. decis. 272. num. 6. & seq. par. 8. & decis. 241. num. 10. par. 16. & in Mediolanen. Archipresbyteratus 27. Januarii 1710. §. Non adversante, cor. R. P. D. Falconerio Alma Urbis Gubernatore.

- 7 *Minus verò istiusmodi mentis correctio resultare potuit à facto Ordinarii, qui erigendo juspatronatus illud reservaverit favore omnium descendantium sine ulla qualitate masculinitatis: Objectum enim statim dissolvebatur ob eam præcisam, individuamque relationem, quam habuit ad disposita ab eadem Testatrice ibi = Ipse D. Francisco, & post eum ejus filii, & descend-*

*descendentibus legitimis, & naturalibus, & alias ad formam ordinatorum per dictam Testaticem* = Ac propterea relatio tam generalis, & indefinita non patitur, quod restringatur ad dotis quantitatem, & onera injuncta Cappellano, sed retinere debet suam naturalem amplitudinem, ita ut pro dignoscendo de quibus filiis, & descendantibus intellexerit in reservatione jurispatronatus recurrentum sit æquè ad dispositionem factam in testamento, ac in codicillis tanquam ad suum relatum, ab eaque capienda interpretatio, qualis revera fuerit illius voluntas, *Rota in recent. decis. 87. n. 4. par. 15. & decif. 207. n. 23. par. 19. & in Reatina fideicommissi de Vincentinis 14. Martii 1701. §. Neque coram Eminentissimo Scotto.* Præsertim quia omnium clarius hoc ipsum declaravit idem Franciscus Landus Pater Comitissæ Hippolytæ, qui in controversia acta contra tertios possessores pro recuperatione bonorum Margaritæ Fundatricis anno 1682. fassus fuit ad hoc juspatronatus esse vocatos descendentes masculos tantum, & legitimos ad formam testamenti dictæ Margaritæ, quam fanè confessionem impugnari non posse ab hærede, tradidit in specie Vivian. *de Jurepatr. par. 1. lib. 4. cap. 9. num. 47. Rot. in Casertana beneficij 27. Martii 1715. §. Superacedente coram Eminentissimo Scotto.*

Atque à statuta sic vocatione ad solos descendentes masculos inefficax compreriebatur alia exceptio ducta in antecedentibus contrariis Decisionibus à privilegio linea, in quam juspatronatus ingressum fuit, ac si vocatio masculorum facta fuerit distributivè in qualibet linea pro uno quoque Beneficio, non verò de una ad aliam; Quandoquidem hæc discreta distributio unius, & alterius linea submovetatur, sive à testamenti verbis ibi = *Quæ Beneficia voluit, & vult esse Jurispatronatus dictorum suorum hæredum &c.* = & rursus = *Quod nominatio, & presentatio ad dicta Beneficia, & ad quodlibet eorum spectet, & pertineat ad dictos suos hæredes, donec vixerint, seu vixerit, & post eos ad filios, & descendentes dictorum hæredum suorum usque in infinitum masculos tamen &c.* = *Quæ dictio = quodlibet = tribuens unicuique jus in solidum, & cumulativum importat jus non de crescendi,*

*Pars VI.*

vel jus accrescendi resultans à coniunctione saltem verbali, ut adnotavit Rota in recent. decis. 374. num. 4. & 5. par. 11. Sive, & manifestius ex provido ejusdem Fundatricis consilio, quo in codicillis in casu discordia suorum hæredum, seu eorum descendantium jussit, nomina Sacerdotum extrahi per sortes; hæc inquam discordia, quæ non minus oriri poterat in primis hæredibus, quam in eorum descendantibus evidenter patefacit jus cumulativum eorundem ad utrumque beneficium, in quo tantum, non autem in discretiva vocatione ista prævisa discordia esset verificabilis, ad *Text. in Clementina Plures de Jurepatr. Gonzal. ad reg. 8. Gloss. 45. num. 58. & 64. Rota in Hispanen. divisionis simultaneæ 4. Junii 1700. §. Fiantur coram Eminentissimo Priolo.* Citrà quod juri isti cumulativo aliquo modo adversaretur institutio hæredum facta pro medietate proportionabiliter, & æquis proportionibus, cum ea respiciat dividuam distributionem hæreditatis, non autem vocationem ad juspatronatus, quod reservatum fuit jure sanguinis, & pro hæredibus, istorumque descendantibus, nullamque involvit legalem repugnantiam, quod quis vocetur ad quotam hæreditatis, & succedat nihilominus in toto jurepatronatus, ut admisit Rota apud Modernum Roman. discept. Eccles. 14. n. 31. & 32. & in Sulmonen. *Jurispatronatus 3. Junii 1715. §. finali cor. R. P. D. meo Falconerio, & 4. Maii 1716. §. Quandoquidem coram Reverendissimo Althann. Præterquamquod pro tollenda quacumque ambage fatis erat testamentum nuper exaratum à dicto Comite Francisco Lando, in quo jure legati, omnique alio meliori modo reliquit Marchioni Laurentio omnia jura, & pertinentias quascumque, & hæreditatem sibi perventam, & olim spectantem ad Joannem Paulum Landum, ejusque Majores, & Antecessores, ut in *Summario Additionali Marchionis num. 3.* Vix autem erat dubitabile tantam verborum amplitudinem transtulisse etiam juspatronatus, ex adductis per Rot. in recent. decis. 64. num. 7. & 11. par. 13.*

Nec majoris ponderis detecta fuit alia animadversio, quod Verzusius primus hæres Margaritæ Fundatricis non curaverit erigi alterum Beneficium, ut tenebatur;

M m m

Unde

Unde irrationalibile videatur illius descendentes frui commodo juris accrescendi in jurepatronatus alterius beneficii erexit à Comite Francisco. Evictio enim, & subhastatio bonorum obventorum Verzusio ex causa census ab ipsa Fundatrice impositi, vel removebat omnem illius culpam, & negligentiam, si commissam beneficii erectionem non implevit, *Mans. consult. 796. num. 17. Palma. Nep. alleg. 366. num. 22. Rota in Romana caducitatis 3. Junii 1702. §. Subnixa, & §. Ejusdem coram bon. mem. Molines, vel saltēm indispensabilem reddebat necessitatem præcedentis monitionis, unā cum Judicis sententia, ut incurri valeret pœna privationis, ad censuram Text. in autent. hoc amptius Cod. de fideicommissum aliis per Rot. in dicta Romana caducitatis §. In præsenti, & in Romana fideicommissum de Aluoris 27. Martii 1716. §. Quin juvaret cum seqq. coram Reverendissimo D. meo Ansaldo. Quæ facilius admittenda videbantur in excusationem Marchionis nullius culpæ participis, si quæ adesset, qui que jure proprio, & solo sanguinis vinculo in hoc jurepatronatus succedit, cùm pœna privationis trahenda non sit de persona ad personam, ut censuit Rota in recent. decis. 136. num. 8. par. 13. & in Asten. Prioratus super Institutione 11. Junii 1708. §. finali coram R.P.D. meo Lancetta, & in Lucana Beneficii 26. Junii 1709. pariter §. finali coram R.P.D. meo Falconerio.*

Quamquam verò ex supra deductis fuerit plenè vindicatum bonum jus Marchionis in exclusionem Comitissæ Hippolyta, masculina qualitate destitutæ, attamen ad adjudicatio controversi beneficii in præcedenti instantia decreta favore Josephi præsentati à Joanne Baptista Jacometto ullo jure subsisteret, urgebat specialiter motivum nullitatis donationis emissæ à præfata Comitissa Hippolyta erga antedictum Jacomettum, nedum quia ea facta fuerat beneficio adhuc pleno, & pro prima vice, qua vocare contigisset, & proinde nullo pacto poterat sustineri absque confirmatione Apostolica, ut per Text. in cap. ultimo de conceſ. Præben. benè advertunt Roland. à Vall. consl. 27. nū. 53. lib. 1. Vivian. de Jurepatron. par. 2. lib. 5. cap. 2. num. 5. Rota coram Comitulo decis. 8. num. 8. Verum etiam quia nec adhibitus

fuit assensus Episcopi, sed sola intervenit approbatio Pro-Vicarii, qui licet asseruerit in ejus decreto participasse negotium cum Episcopo, & de ejus consensu &c. nihilominus non docto de speziali Episcopi delegatione, talis assertio parùm attenditur, nec Pro-Vicarii consensus satis est pro convalidanda donatione jurispatronatus, ut pluriès respondit Rota signanter coram Royas decis. 99. num. 3. & seqq. & in Melavitana Jurispatronatus 4. Julii 1696. S. Constitu, coram bon. mem. Molines, & in Majoricen. Jurispatronatus 16. Maii 1704. S. Haud. subſtente cor. bo. me. Muto.

Et ita utraque &c.

R. P. D. FALCONERIO

Faventina Beneficii.

Veneris 23. Junii 1719.

### S U M M A R I U M .

- 1 *Jurispatronatus relictum, seu legatum in testamento, ad hoc ut transeat in Legatarium, an requiratur consensus Ordinarii.*
- 2 *Vacante Ecclesia Patronali, antequam Legatum Jurispatronatus fuerit approbatum ab Episcopo, an præsentatio spectet ad Legatarium, vel potius ad hæredem: & num. 16.*
- 3 *Præsentatus ab hæredibus Legatarii Jurispatronatus est instituendus.*
- 4 *Legatum Jurispatronatus absque consensu, & confirmatione Episcopi, an sit inutile, & inefficax: & num. 8.*
- 5 *Legatarium Jurispatronatus habuisse scientiam hujus legati, ex quibus præsumatur.*
- 6 *Legatum Jurispatronatus quamvis penitus ignoratum à Legatario transmittitur tamen ad hujus hæredes.*
- 7 *De ratione differentiæ cur hæreditas purè delata, non transmittatur, nisi fuerit agnita, secus verò legatum, vel fideicommissum quod non agnatum, nec verbo restitutum ad hæredes transmittitur.*
- 8 *Legatum Jurispatronatus absque consensu Episcopi est quidem inefficax ad transferendum dominium, sed non est omnino inutile, tanquam si Testator nihil egisset, aut*

## DECISIO X.

- aut ejusmodi legato lex resisteret.
- 9 Ad effectum transmissionis legati Jurispatronatus ad hæredes Legatarii non requiritur dominii acquisitionis, sed sufficit, quod dies legati cesserit.
  - 10 Transmissio legati Jurispatronatus ad hæredes, tunc solum impeditur, quando Legatarius præmoritur Testatori, aut legatum est conditionale, & conditio, viante Legatario, non adimpletur.
  - 11 Legatum conditionale, non adimpta conditione per negligentiam Legatarii evadit caducum, & non transmissibile.
  - 12 Obligatio petendi consensum Ordinarii non reddit legatum Jurispatronatus conditionale. Et quare? Vide ibi.
  - 13 Cessio, sive donatio Jurispræsentandi pro unica vice non transit ad hæredes cessionarii, sive donatarii.
  - 14 Mortuo donatario, ejus hæredes possunt petere confirmationem donationis Jurispatronatus ab Ordinario.
  - 15 Consensus Ordinarii retrotrahi non potest ad diem donationis Jurispatronatus, se medio tempore fuerit alteri jusquæsum; secus si agatur de legato Jurispatronatus, tunc enim consensus retrotrahitur ad diem mortis Testatoris, à qua cedit legatum: & num. 16.
  - 17 Quæ sit differentia inter legatum, & donationem.
  - 18 Compatroni ante confirmationem legati portionis Jurispatronatus facti ab altero Compatrono possunt præsentare, & non tenentur expectare dictam confirmationem.
  - 19 Generalis expressio, quæ ad unum tantum referri valet, habetur pro expressione individuali.
  - 20 Ordinarius qualitercumque in actibus proportionatis agnoscat Legatarium Jurispatronatus in verum Patronum, tacite legatum confirmat.
  - 21 Sola petitio confirmationis præservat jus Legatario, aut Donatario, adeòut sequens confirmatio retrotrahatur, non obstante præsentatione medio tempore facta per hæredem.
  - 22 Episcopus committendo Vicario, quod præsentato per Legatarium institutionem concedat, dicitur implicitè Legatum approbare.

Pars VI.

**J**urispatronatus Ecclesiasticum licet in laicum particulari titulo transferri nequeat sine assensu Episcopi: Si tamen in testamento legatum fuerit, assensum prædictum non requiri quia tunc acquiritur per successionem, sustinuit Federic. de Sen. in cons. 225. per totum; Cujus tamen opinionem communiter moderniores reprobant, ut notant Butr. Abb. & Petr. Anchuran. in cap. Cùm jæculum 13. de Jurepatronatus: Illud vero sub dubio remansit: An, vacante Ecclesia priusquam assensu fuerit impetratus, præsentatio spectet ad Legatarium, an potius ad hæredem? Id quod in præsenti causa disceptandum venit: Nam Octavius Baroncellus, erecto beneficio in Parochiali Ecclesia S. Appollinaris Castri Russi Faventin. Dicecisis, in suo testamento, cum quo decepsit de anno 1693. instituit sibi hæredem Venerabilem Societatem S. Mariæ in Albis ejusdem Loci, & juspatronatus legavit Petro Hieronymo Baronecello suo consanguineo: Cùmque vacatio non evenisset, nisi de anno 1713. mortuo jam Legatario, hæredes illius, transmissis ad Ordinarium longè absentem, precibus pro confirmatione legati, præsentarunt interim coram ejus Vicario Natalem Antonium David sub die 19. Maii 1713. postera vero die comparuit hæres Testatoris, & prætendens jus præsentandi ad se pertinere, præsentavit Pellegrinum Bendolum: Quo renunciante huic præsentationi sub die 30. dicti mensis, aliam hæres fecit præsentationem in personam Gentilis Lega sub die prima Augusti proxime sequentis: Et sub die quinta mensis ejusdem exhibi tum fuit coram Vicario rescriptum Episcopi Viennæ degentis, concedens ipsi Vicario facultatem approbandi legatum, veris existentibus narratis: Prout cum effectu visis videndis illud approbavit.

In hoc statu rerum formato judicio inter dictum Natalem David præsentatum ab hæredibus Legatarii, & dictum Gentilem Legam præsentatum ab hærede Testatoris, prodiit sententia Vicarii favore David, quam postea confirmavit Eminensissimus Legatus Romandiæ Judex delegatus per Breve Apostolicum: Sed re M mm 2 clamante

clamante Lega, commissaque causa Prælato in Curia, hic utramque sententiam revocavit, atque ipsum Legam instituendum decrevit, emanato super motivis resolutionis disertissimo voto. Quapropter Alexander David in locum d. Natalis germani fratris Apostolica authoritate subrogatus, experiendo sua jura in hoc Sacro Auditorio, prævia commissione Signaturæ mihi directa, propitium habuit judicium Dominorum, qui hodie, me interrogante, responderunt, institutionem esse dandam ipsi Alexandro.

Si enim obsequendum est voluntati Fundatoris, ubi jus non resistit. Fundator certè voluit instituendos esse præsentatos à Legatario, non autem ab hæredi, quia juspatriotatus ad Legatarium potius quam ad hæredem transmisit; Nec ejusmodi legato jus resistit, accedente, prout accessit, Episcopi confirmatione: *Ut in dicto cap. Cum sacerulum de Jurepatronatus, tradunt Jo Andr. Butr. Abb. & alii com-*

*3 muniter;* Propterea cùm dictus Alexander uti subrogatus in locum Natalis Antonii David sui fratris, habeat præsentationem Legatarii, sive ejus hæredum, penes quos ex voluntate Fundatoris residet juspatriotatus, tamquam præsentatus à veris Patronis ex debito justitiæ venit instituendus *Can. Decernimus, & Can. Monasterium 16. quest. 7. Rot. par. 2. recent. decis. 337. num. 1. coram Pæn. decis. 1674. num. 1. coram Priolo decis. 136. num. 24. coram Alex. VIII. decis. 236. num. 1.*

*4 Non obstante duplici principali fundamento, cum quo processit contraria relata resolutio: Primò scilicet, quod Legatarius, qui Testatori supervixit decem, & octo annos, numquam legatum agnovit, nec ab Ordinario confirmationem petere curavit, sinè qua legatum remansit inutile, & nullius momenti cap. Quod autem, & cap. Illud 8. de Jurepatronatus, ac proinde cùm nullum jus ipse acquisivisset, nullum pariter jus ad hæredes transmittere potuit, ex regula *Nemo plus juris ff. de rug. Jur.* Altero, quod tametsi ad hæredes Legatarii transisset jus petendi dictam confirmationem ab Ordinario, quia tamen præventi fuerunt à Testatoris hærede, qui Rectorem præsentavit antequam legatum fuisset ab Ordinario confirmatum, ideo prævalere debeat ipsa hæ-*

redis præsentatio; Nam quousque non intervenerat assensus Ordinarii legatum erat inutile, & juspatriotatus ab hæreditate non discesserat; Et consequenter solus hæres præsentare potuit, non autem Legatarius, cui nondum erat juspatriotatus quæstum; Nec supervenientem Ordinarii consensum nocere præsentationi jam factæ per hæredem, quia illius retrotræctio fieri non debet in præjudicium juris tertio quæstum, ex auctoritatibus infrâ recensendis.

Etenim primum fundamentum fragile nimis visum fuit: Quia cùm in facto dubitari non posset, Legatarium habuisse scientiam hujus legati, ut ex eo satè colligebatur, quod Domum sibi pariter in eadem parte testamento, & eodem orationis contextu relictam possederat; Ac de hoc ipso legato juspatriotatus notationem fecerat in suis privatis scripturis; Hæc sola scientia in legato merè lucrativo, & nullum onus habente, inducit validam præsumptionem acceptationis: Imò scientia ipsa pro acceptatione habetur; Quia ferè nemo respuit oblatum beneficium Bartol. in l. *Quo enim §. 1. ff. rem. rat. baber. Dec. in l. In traditionibus n. 15. Cod. de pac̄t. & cons. 558. num. 2. Cravett. cons. 261. num. 5. Roland. cons. 19. num. 34. lib. 1. & cons. 4. lib. 2. ubi hoc ampliat etiam in scientia præsumpta ex consanguinitate, vel temporis, aut loci congruitate, Bursat. cons. 33. num. 5. Card. de Luc. de legat. dis. 28. nu. 3. Surd. dec. 111. nu. 13. & dec. 206. nu. 11. Thesaur. dec. 70. nu. 12. Joseph. Ludovic. dec. 29. n. 8. Adden. ad Gregor. XV. decis. 97. num. 8. in fin. Rot. par. 1. recent. dec. 262. n. 2. par. 4. dec. 142. n. 7. par. 9. dec. 40. n. 23. & 29. & dec. 217. n. 12. & dec. 356. n. 8. cor. Ubald. dec. 191. n. 8. post Salgad. dec. 39. n. 25.*

Præterea verò etsi legatum non fuisset ullo modo agnatum, ad hæredes tamen Legatarii transmitti potuit: Quia jus quidem universale successionis hæreditariæ non agnatum non transmittitur, & requirit animi declarationem; Legata verò, vel fideicomissa, & cætera jura dispositione juris, vel hominis delata, quamvis penitus ignorata, nihilominus ad hæredes transmittuntur, ut aperte probatur *ex l. fin. Cod. quando dies legat. vel fideicom. ced. cuius verba sunt = Si fideicommissum ab*

ab intestato fuerit sorori tue relictum in Codicillis, & posteaquam dies fideicommissum cessit, rebus humanis, licet ignorans fideicommissum, excederit, actionem hujusmodi acquiri potuisse dissimulare non poteris &c. & hanc differentiam notant Gloss. in l. fin. ad fin. Cod. de Curat. furios. Bart. & Jas. in l. Si adrogator. 22. ff. de adoption. Pinel. in l. 1. par. 1. num. 36. Cod. de Bon. matern. Claud. Chislet. in tract. de fideicom. cap. 9. Soccin. jun. cap. 150. n. 4. lib. 2. Giovagnon. respons. 78. nu. 22. Surd. conf. 341. nu. 5. Cujac. in paratiol. Cod. tit. quando dies legat. vel fideicom. ced. ibi & Nec exigi scientiam, nec agnitionem Legatarii, nec traditionem rei legatae &c. & Gomez in l. Tauri 53. num. 79. Menoch. lib. 4. præsumpt. 291. nu. 12. Cancer. par. 3. tit. de transmission. nu. 112. Peregrin. de fideicom. 7 art. 31. sub n. 2. in fin. & n. seq. ubi quod hoc procedit in fideicommissis tam particularibus, quam universalibus, & recte quidem explicat rationem differentiarum, cur hæreditas purè delata non transmittatur, nisi fuerit agnita: Secùs verò fideicommissum, quod non agnatum, nec verbo restitutum, ad hæredes transmittitur: Quia nimur hæres antequam hæreditatem adeat, nullum jus acquirit, nullamque habet actionem, ideo Judicis officium, quo, si velit, potest hæredem cogere ad sibi reddendam hæreditatem l. Cogi poterit ff. ad S.C. Trebell. & hanc actionem ad hæredes transmittit dicta l. Cogi §. Idem Mæcianus, & l. Quidem 25. ubi DD. ff. ad S.C. Trebell. l. 3. & l. Si in personam Cod. de fideicom. Actiones enim de sui natura transeunt ad hæredes, prout etiam Judicis officium l. Veteres Cod. de contrah. stipulat. l. 1. & tot. tit. Cod. de action. hæreditar. l. Non solum ff. de integr. restitut. l. Hæredem 59. & l. Hæritas 62. ff. de reg. Jur. l. Nihil aliud. 24. ff. de verb. significat. l. Hæres 37. ff. de acquir. hæredit. Peregrin. loc. cit. n. 4

8 Qua ratione confutatur ultima pars objecti, quod nempè Legatarius, dum non curavit obtinere necessariam confirmationem legati ab Ordinario legatum remansit inutile, & nullum jus in eo quæsivit, ideoque nullum etiam jus ad hæredes

Pars VI.

transmisit. Siquidem sine assensu Episcopi legatum fuit quidem inefficax ad transferendum dominium, quod alias recta via transisset in Legatarium l. Legatum ff. de legat. 2. l. à Tito ff. de furt. sed non remansit omnino inutile tamquam si Testator nihil egisset, aut ejusmodi legato lex resisteret: Quia lex non irritat absolutè jurispatronatus legatum, sed tantum impedit dominii translationem, donec Episcopus assentiatur, ne quid simoniacum intercedat, nevè deterior Ecclesie conditio fiat, ut innuit Rota decis. 17. num. 5. de Jurepatronatus in antiqu. & cor. Coccin. decis. 457. num. 6. Inde verò non benè infertur, quod Legatarius nequiverit legatum ad hæredes transmittere: Nam ad effectum transmissionis minimè requiritur dominii acquisito, quæ pluribus ex causis impediti potest; Sed hoc solum requiritur, quod dies legati, vel fideicommissi cesserit: Quæ dies in puris dispositionibus cedit à morte Testatoris l. Si post diem 5. S. Itaque se purum legatum l. Nec semel §. Item Celsus ff. quando dies legator. vel fideicommiss. ced. l. 1. §. In novissimo Cod. de caduc. tollen. & ex tunc si Legatarius, vel Fideicommissarius decebat, jus petendi legatum, vel fideicommissum ad hæredes transmisit dicta l. Si post diem legati cedentem ff. quando dies legat. vel fideicom. ced. l. Si Potionilla 3. Cod. eodem l. Quidam ff. ad S.C. Trebell. quamvis ipse non agnoverit, nec dominium quæsierit, imò etiamsi in rerum natura, nondum esset res legata; vel nondum hæres hæreditatem aderit, itaut nec petitionem Legatarius exercere potuisset, vel ex defecitu rei, vel personæ, vel ex alio impedimento conditionem non faciente dicta l. Nec semel §. Si cui homo generaliter l. Si ususfructus §. Inde querit l. Si dies ad posta 21. l. Cum illud, aut illud 25. S. Heres meus ff. quando dies legat. ced. l. Hæredis aditio, & l. Si Tito §. Quædam autem ff. eod. Glossa in l. unica verb. Cedere Cod. de caduc. tollen. Bart. ibidem, & in l. Firmio Haliodoro 26. ff. quando dies legat. ced. Gio. vagnon. conf. 78. nu. 21. Menoch. lib. 4. præsumpt. 201. nu. 39. Sic igitur in præsenti licet Legatarius dominium acquirere non potuerit absque assensu Ordinarii, tamen jus illud petendi assensum, quem Ordinarius denegare sine justa causa non poterat.

M m m 3

rat.

rat , ad tradit. in cap. Nullus de Jurepatronatus , & successivè jus cogendi hæredem ad præstandum legatum , utique transmisit ad hæredes ; Nulla enim ratio subest cur jus illud peremptum , & extinctum dicatur , atque legatum intercidisse , & factum fuisse caducum , itaut non potius ad hæredes transmitti ; Quia tunc solùm impeditur transmissio quando Legatarius præmoritur Testatori , aut legatum est conditionale , & conditio vivente Legatario non adimpletur , tunc enim dies legati non cedit , nisi à die qua fuerit impleta conditio dicta l. 5. §. Sed si sub conditione ff. quando dies legat. ced. l. unica §. Sin autem aliquid sub condit. Cod. de caduc. tollen. l. Intercidit 59. ff. de condit. & demonstr. l. Si cui legetur 49. §. 2. ff. de leg.

Minusque juri consentaneum visum fuit assumptum , quod ipsa imperatio assensus Episcopi esset velut conditio per Legatarium adimplenda ; Ideoque sive dicitur conditio merè potestativa , seu mixta , cùm , vivo Legatario , non fuerit adimpleta per ejus negligentiam , legatum , juxta prædicta , factum fuerit caducum , & non transmissibile l. In testamento 31. & l. penult. §. 1. ff. de condit. & demonstr. l. Si ita hæres 3. & l. Uter ex fratribus 23. ff. de condit. instit. l. Si ea conditione 3. Cod. de condition. insert. & consequenter inutiliter eam conditionem hæres , deinde adimplaverit , quia jus implendæ conditionis ad hæredes non transit l. à Testatore 109. ff. de condit. & demonstr. Bald. in l. Si plures 3. Cod. de condit. insert. Peregrin. de fideicom. art. 16. num. 125. Gail. lib. 2. observat. 2. Olea de cess. Jur. tit. 3. quæst. 10. sub num. 8. Quidquid sit in contractibus conditionalibus , de qua re vindendi sunt Covar. practic. cap. 39. Salgad. in labyrinth. par. 1. cap. 33. nu. 14. Tiraquel. de retract. convent. §. 1. gloss. 6. num. 15. Vivian. in §. Sub conditione nu. 7. institut. de verb. oblig.

Etenim in ultimis voluntatibus illa sola conditio facit dispositionem conditionalem , ac transmissionem impedit si vivo Legatario non fuerit impleta , quæ apposita est per Testatorem , qui suam dispositionem in aliquem eventum contulit : In casu autem Testator nullam conditionem legato adjecit , & propterea superflua est omnis dissertio de conditione potestati-

va , vel mixta ; Quia legatum conditionale non est , sed purum : Obligatio verò petendi assensum non facit actum conditionalem , quia hæc à Testatoris voluntate non provenit , sed à jure ; Omnis autem obligatio , sive conditio , quæ extra testamentum advenit , vel ex juris dispositione , vel ex natura rei , petitionem differt , sed non impedit transmissionem , quia legatum conditionale non facit , ut respondit Papin. in l. Conditiones 99. ff. de condit. & demonstrat. l. Hæredis aditio 7. ff. quando dies legat. ced. l. Quod purè §. 1. ibi = At si extrinsecus suspendatur legatum , non ex ipso testamento , licet ante dedeat Legatarius , ad hæredem transmississe legatum dicimus , & l. Cùm illud 25. in fin. ibi = Namque dies legati , cui conditio non adscribitur , quamvis extrinsecus expectanda sit , cedit = ff. eodem tit. ubi notandum , quod Textus loquitur de vera conditione suspensiva , sed quia non est adscripta per Testatorem , non impedit transmissionem , & rationem reddit Crass. §. Legatum quæst. 47. nu. 2. = Quia , inquit , impedire transmissionem est impedire judicium defuncti , quod lex sua conditione non facit , nisi de aperta Testantis voluntate appareat &c. Sadolet. in l. Hæc verba n. 12. ff. de legat. 1. licet impedit nativitatem actionis , & obligationis Crass. loc. citat. Gomez var. lib. 2. cap. 11. nu. 28. Vasquez de succession. progress. lib. 3. §. 17. nu. 11. §. De fideicom. art. 31. num. 23. ubi quod tales conditiones necessariæ ex legis dispositione ad validitatem legati , suspendunt quidem actionem , sed non impediunt transmissionem Mantic. de conject. lib. 10. tit. 5. n. 10. Altograd. conf. 107. nu. 94. lib. 2. Gi-vagn. conf. 78. nu. 1. Cancer. de transmiss. nu. 116. Rot. par. 1. divers. decis. 782. nu. 24. & 25. cor. Duran. decis. 339. nu. 44. & seqq.

Quibus non refragatur Decisiō Rotæ in Pisana Cappellania coram Bubalo impressa apud Vivian. lib. 4. cap. 4. post nu. 74. ubi fuit dictum , quod jus petendi assensum super donatione jurispatronatus non transferat ad hæredes Donatarii , & consequenter minus competere possit hæredibus Legatarii : Ut subtiliter differit votum supradictum : Cùm transmissio difficultius detur in ultimis voluntatibus , quæ in contractibus §. Ex conditionali institut. de verb. oblig. l. Si quis 57. ff. eodem l. Quoties

ties in fin. Cod. de donation. quæ sub mod. Gomez var. cap. 11. n. 36. Olea de cess. Jur. 13. tit. 3. quæst. 10. num. 8. Siquidem in dicta Decisione agebatur de cessione juris præsentandi pro unica vice, quæ meritò non transit ad hæredes, quia est veluti mandatum ad præsentandum, quod morte mandatarii, vel Mandantis extinguitur l. Mandatum 15. Cod. mandati, ut pleniùs Rota in ejusdem terminis firmat coram Emerix jun. decis. 537. & decis. 583. Cæterùm quod mortuo Donatario possint ejus hæredes petere confirmationem donationis ab Ordinario, decisum refert Ricc. par. I. dec. 224. per tot.

Unicam ergo dubitandi rationem Domini cognoverunt in secundo contrariae resolutionis fundamento: Nempè quod præsentatio facta per hæredem antequam legatum fuisset ab Ordinario confirmatum, & consequenter antequam juspatronatus fuisset ab hæreditate sejunctum, ac translatum ad Legatarium, sustineri debeat, non obstante assensu superveniente, qui non retrotrahitur in præjudicium tertii, sed actum confirmat ex nunc, non ex tunc, ut in præcisis terminis legati tradit Lambertin. de Jurepatr. lib. 1. par. 2. quæst. 1. art. 16. nu. 13. art. 17. per tot. & art. 22. num. 5. ubi refert Calderin. sic tenentem Ferret. conf. 133. lib. 1. Sanchez consil. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 78. nu. 3. & seqq. Rot. par. 6. recent. decis. 356. nu. 18. & seqq. & in terminis donationis jurispatronatus communiter tradunt Actolin. res. 9. num. 12. & seqq. Corrad. in prax. benefic. lib. 4. cap. 5. nu. 4. & seqq. Torr. de paci. futur. success. lib. 2. cap. 40. num. 54. Vivian. de Jurepatr. lib. 4. cap. 1. num. 39. & seqq. aliisque omissis Adden. ad Burat. decis. 702. nu. 13. Rot. coram Put. decis. 18. lib. 2. coram Duran. decis. 463. nu. 7. coram Dunozett. jun. decis. 76. nu. 10. coram Cerr. decis. 255. nu. 7. cor. Bich. decis. 277. n. 14. & cor. Emerix jun. dec. 620. n. 1. & seqq.

Nihilo tamen minus in terminis legati, de quo agitur (quidquid sit in donatione) visa fuit æquior sententia Cardin. Zabarell. in cap. Cum sæculum nu. 8. de Jurepat. ubi quæstionem his verbis resolvit: Sexto quæro si antequam Episcopus approbat legatum Jurispatronatus Ecclesia vacabit, an Legatarius habeat præsentare, an hæres universalis, vel Episcopus per se ordinabit?

Jo: Calderin. format, & non solvit. Gaspar dicit, quod hæres præsentabit, quia legatum non est transfusum: Dic verius, quod expe-ctabitur approbatio, quæ retrotrahitur ad diem mortis, à qua cedit legatum l. à Tito ff. de furt. Unde etiam Legatarius potest præsentare sub spe approbationis &c. Quæ opinio licet non placuerit Lambertino, ejusque sequacibus, & signanter Ferretto dicto conf. 133. ubi scribit ad suæ causæ opportunitatem: Eam tamen probarunt Steph. Cajetan. in cap. fin. de elect. in 6. Rocch. de Curt. de Jurepatr. verb. Ipse, vel is, à quo num. 16. immeritò pro contraria parte allegatus Campanell. in diversor. jur. Canon. rubr. 11. cap. 13. num. 172. in fin. Fontanell. de Jurepatr. lib. 3. quæst. 6. n. 11. Capon. discept. 269. num. 10. & non semel Rota secuta est, distinguendo inter legatum, & donationem, ut coram Duran. dicta decis. 463. nu. 10. coram Peutinger. decis. 266. nu. 2. & seqq. coram Cels. decis. 85. num. 4. in Mantiss. ad Card. de Luc. lib. 4. dec. Senen. 25. n. 12. & in Asculana Substationis Hæreditatis 6. Junii 1704. §. Præterea, & §. Etenim coram bon. mem. Muto, impressa apud Jacobum de Comitibus decis. 15. num. 21. & 24. ut propterea remaneant extraneæ quotquot authoritates allegari possunt in terminis donationis, quando Rota distinguit inter legatum, ac donationem, atque resolutio fundatur in speciali favore ultimæ voluntatis.

17 Nec sanè probabile visum fuit argumentum, quod etiam legatum est donatio quædam l. Legatum 36. ff. de legat. 2. & ideo quæ dicuntur in donatione, procedere debeant in legato. Conveniunt namque legatum, ac donatio in genere donationis: At in eo differunt, quod = Legatum est donatio in testamento relicta, ut definit Modestin. in d. l. Legatum ff. de legat. 2. & sic facta est per ultimam voluntatem, & juxta Florentini descriptionem = Est deliberatio hæreditatis, qua Testator ex eo, quod universum hæredis foret, alicui quid collatum velit l. Legatum 116. ff. de leg. 1. Distant ergo inter se quantum contractus, & ultimæ voluntates, licet in genere convenient: Argumentum autem à convenientia generis affirmative non procedit, & nihil concludit, ut notat Everard. in loco à genere cum sequenti. Multa enim in jure admittuntur favori ultimi-

ultimarum voluntatum, quæ cessant in contractibus, quia voluntates defunctorum jura modis omnibus adjuvant *Can.* Ultima voluntas 13. quæst. 2. l. 1. Cod. de Sacros. Ecclesias., ubi DD. l. 2. Cod. commun. de legat. & ut ait Imperator in authenticâ de hæred. & falcid. in præfat. *¶ Una*, est intentio legis, ut quæ disposita sunt à morientibus, impleantur &c. cum aliis collect. per Didac. Spin. in Specul. Testam. gloss. 28. num. 5. Simon. de Pretis de interpret. ultim. volunt. lib. 5. interpret. 1. dub. 2. num. 20. Quapropter juremeritò in præsenti recepta fuit ea sententia, quæ magis tendit ad conservationem voluntatis defuncti, argumento l. 4. §. In præsenti Cod. de necessar. serv. hæred. insit. & l. 2. Cod. de his, quæ sub mod. legat. vel fideicom. cum concordan. alioquin potuisse hæres faciliter illam eludere, præveniendo Legatarium in præsentando, & considerat Rota coram Duran. dicta decis. 463. num. 10. & hunc favorem ultimæ voluntatis in legato jurispatronatus, ad differentiam donationis, licet ad alium propositum, agnoscit ipse etiam Lambertin. lib. 1. par. 2. quæst. 16. in fin. & art. 17. num. 16. post Jo. And. in cap. Cùm sèculum de Jurepat. & ibi Abb. sub num. 6. lit. B.

18 Decisio verò, quæ in terminis legati allegabatur in contrarium par. 6. rec. dec. 356. n. 19. & seqq. si bene perpendatur est in casu diverso, nam ibi tres erant Compatroni, quorum unus portionem suam jurispatronatus tertio legaverat, & antequam legatum confirmaretur, cæteri duo Compatroni jure suo præsentaverant, & sic res non erat inter Legatarium, & hæredem, cui licitum esse non debet contrajudicium Testatoris festinando Legatarium prævenire, sed agebatur inter Legatarium, & Compatronos, causam à Testatore non habentes, atque ideo nulla erat eis obligatio expectandi confirmationem legati, ut voluntas defuncti servaretur, quam etiam ignorare poterant. Præterea Rota ibi fundatur principally super testamenti nullitate, quia Testes necessarii non adfuerant, & Legatarius ipse legatum sibi scripserat contra S. C. Libonianum, ut à nu. 3. ad 15. Articulum verò, de quo nunc agitur, inter hæredem, & Legatarium, funditus non examinavit, quia oportebat, sed nulla

facta mentione Card. Zabarella, seu Lambertin. in hac re dissidentium, simpliciter pertransit cum regula, quod confirmatio semper facta intelligitur finè alterius præjudicio, ut num. 19. In posterioribus autem Decisionibus cor. Duran. Peutinger. aliisque supra allegatis opinionem Card. Zabarella semper admisit, & numquam reprobavit.

Quam quidem Zabarella sententiam in hypothesi amplectendam suadebant impensis particulares facti circumstantiæ, quia scilicet in hæredibus Legatarii nulla poterat considerari negligentia, qui succedentes in jus alterius justam ignorantiae causam habebant l. Qui in alterius ius ff. de reg. jur. imò potius justam credulitatem, quod legatum fuisset confirmatum in persona sui Authoris, dum Episcopus in Ecclesiæ visitatione de anno 1699. mortuo jam Testatore, jurispatronatus approbavit pro Familia de Baroncellis. Quod quia verificari non poterat, nisi de Petro Hieronymo Baroncello Legatario, proinde est, ac si pro illo nominatim Episcopus jurispatronatus approbasset: Nam generalis expressio, quæ ad unum tantum referri valet, habetur pro expressione individuali l. Nominatim 2. ff. de liber. & Posth. l. Nominatim ff. de legat. 3. l. Fundus, qui tocatus ff. de fund. instruct. Bald. conf. 126. Cravett. conf. 162. num. 4. Surd. conf. 562. num. 6. Mantic. de conject. lib. 7. tit. 8. num. 11. Conciol. allegat. 31. num. 16. 20 & qualirercumque in actibus proportionatis Ordinarius agnoscat Legatarium jurispatronatus in verum Patronum, tacite legatum confirmat, ac tacita confirmatio sufficit Adden. ad Gregor. XV. dec. 420. n. 7. Vivian. de Jurepatr. lib. 4. cap. 1. num. 29. Rot. cor. Lancellot. apud Marchesan. tom. 1. fol. 454. par. 1. Rec. dec. 707. nu. 5. coram Bib. dec. 264. nu. 4. coram Duran. dec. 407. num. 10. Et nihilominus ubi primum Ecclesia vacavit, hæredes prædicti de confirmatione obtainenda satagerunt; Et quia non erat præsens Episcopus, nec Vicarius hanc facultatem habebat, preces ad absentem Episcopum transmiserunt, & interim quia periculum erat ne ab hæredem prævenirentur in præsentando, & institutio sequeretur, suam ipsi fecerunt præsentationem coram Vicario sub spe futuræ confirmationis, antequam hæres aliquem præsentasset.

Unde

21 Unde duplex nascitur juris conclusio: Prima quod sola petitio confirmationis præservat jus Legatario, vel etiam Donatario, taliter quod sequens confirmatio retrotrahatur, non obstante præsentatione medio tempore facta per hæredem Lambertin. de Jurepatr. lib. 1. par. 2. quæst. 1. art. 21. num. 3. Adden. ad Buratt. dec. 702. nu. 12. Rub. ad dec. 46. par. 9. Rec. nu. 70. Rot. cor. Mantic- dec. 86. nu. 8. cor. Bich. dec. 277. nu. 15. par. 11. Rec. dec. 306. nu. 9. par. 17. dec. 80. nu. 9. Altera, quod hæredes Legatarii propter Episcopi absentiam, & periculum nè interim ad alterius præsentationem sequeretur institutione, potuerunt præsentare sub spe futuræ confirmationis; Æquitas enim non patitur, quod impedimentum ex alterius persona proveniens ipsis nocere debeat, ut limitando suam opinionem firmat idem Lambertin. lib. 1. par. 2. quæst. 1. d. art. 22. nu. 5. in fin. ubi quod eo casu assensus superveniens validat, prout ex tunc favore necessitatis, & periculi, & remittit se ad præcedentem art. 20. declar. 3. ubi sic loquitur  $\sqcap$  Tertio declara supradicta, quod si ille, qui debet præstare consensum non est præsens, vel alter ejus loco, vel superior, qui cogere debet, non ita citò cogit, quod si interveniat necessitas actus propter aliquod periculum, fieri poterit actus sine illius consensu, ita formaliter Abb. &c.  $\sqcap$  Nec redargui possunt hæredes, cur non priùs confirmationem petiissent, quando ut supra dictum est, vel justam ignorantia causam habuerunt, vel probabilem credulitatem, quod legatum fuisset confirmatum.

Denique accessit ex abundantia animadversio, quod licet hæres Testatoris præsentasset sub die 20. Maii 1713. Pellegrinum Bendolum, hic tamen se de medio sustulit, renunciando præsentationi sub die 30. ejusdem mensis, quando verò hæres prædictus præsentavit sub die prima Augusti Gentilem Legam, cum quo res agitur, jam Eminentissimus Piazza Episcopus Faventinus, qui Viennæ apud Cæsarem Legati Apostolici munere fungebatur, petitæ confirmationi annuerat, subscribendo, quod suus Vicarius, veris existentibus narratis, præsentatum à Legatario institueret; Quod rescriptum exhibitum Faventia coram Vicario die quinta mensis ejusdem, considerata distantia lo-

corum, necesse est dicere, quod fuisset Viennæ signatum saltem per viginti dies antea, prout confirmat fides producta Notarii, & sic longè priùs quam hæres d. Legam præsentasset: Unde si confirmatio præcessit omnis quæstio cessat.

Neque hæc evitari possunt sub prætextu, quod jus hæredi fuerit quæsum ex prima præsentatione facta sub die 20. Maji licet effectum non sortita: Vel quod rescriptum Eminentissimi Piazza non contineat formaliter assensum, sed facultatem assentiendi tribuat Vicario, qui rescriptum executus fuit sub die 5. Augusti, & sic post secundam præsentationem factam ab hærede. Nam quod attinet ad primum, Doctores non considerant præjudicium hæredis, quando confirmatio legati, vel donationis supervenit præsentationi ab eo factæ, sed præjudicium præsentati, cui per ipsam præsentationem fuit jus quæsum: Quo cessante, prout in casu, retrotractio semper fit in præjudicium hæredis, cui non licet impugnare voluntatem defuncti, Rot. dicta decis. 356. par. 6. in fin. par. 7. decis. 101. nu. 7. & melius coram Emerix jun. decis. 620. num. 2. 22 ubi concordan. Ad secundum placuit prompta responsio, quod dum Episcopus Vicario commisit, quod præsentato per Legatarium institutionem concederet, cum clausula  $\sqcap$  Veris existentibus narratis, quæ de jure inest, implicitè legatum approbavit: Nam, & tam gratia tali modo concessa censetur ab initio pura, suspensa tantum executione, ad tradit. per Gloss. in Clem. unica verb. Repererint de offic. Deleg. Felin. in cap. ultimo n. 18. de præsumpt. Lotter. de re Benefic. lib. 3. quæst. 14. n. 67. & seq. Tondut. quæst. Benefic. lib. 1. cap. 4. §. 2. num. 8. Ros. de execut. liter. Apostol. cap. 2. num. 83. Rot. cor. Buratt. decis. 867. nu. 6. cor. Caril. decis. 283. nu. 4. cor. Royas decis. 89. n. 11.

Et ita utraque &c.

R.P.D.

R. P. D. ROVVAULT DE GAMACHES

Firmana Beneficii.

Lunæ 26. Junii 1719.

## SUMMARIUM.

- 1 Præsentatus ab habente majorem partem Jurispatronatus est instituendus.
- 2 Juspatronatus gentilitium in ultimo de familia Donataria efficitur hæreditarium.
- 3 Donatio Jurispatronatus, ex quibus arguantur comprehendere dumtaxat familiam effectivam Donatarii, non autem contentivam: & num. 4. & 5.
- 6 Habens majorem partem medietatis vocum, dicitur habere totam medietatem.
- 7 Testes ab aliquo inducti probant contra inducentem.

## DECISIO XI.

**A**SSENTIA lata à Vicario Generali Firmi favore Dominici Carosini pro institutione ad Beneficium SS. Jacobi, & Joannis de jurepatronatus Laicorum, utpote præsentati ad illud à Nicolaum Discreto Patrono, provocavit Gaspar Simonettus nominatus à Nicolao, & Raymundo fratribus, necnon à Maria Antonia, & Sebastiano Antonio de Simonettis aliis assertis Patronis: Reque ad Sacram Rotam delata vigore commissionis mihi directæ, proposui hodie Dubium, *An, & cui sit danda Institutio, & responsum accepi* **Ille esse dandam Dominico Carosino.**

Juspatronatus namque dicti Beneficii ex lege fundationis olim divisum in duas voces æquales, quarum altera spectabat ad familiam de Plateis, & altera ad lineas Laurentii Christophori, & Joannis Dominici familie de Simonettis, hodie pro majori parte consolidatum fuit in Nicolaum Discreto, is quippe tamquam Donatarius Capitanei Josephi de Simonettis, habet, tum integrum vocem familie de Platea eidem Cap. Josepho obventam ex donatione facta Caroliano ejus Patri ab Antonio ultimo ex dicta familia de Plateis. Tum etiam ad eundem pertinet medietas alterius vocis familie de Simonettis; Hæc enim post mortem Bradamantis

de linea Jo. Dominici, restricta fuit ad alias superstites lineas Christophori, scilicet, & Laurentii, ex qua postremus fuit dictus Cap. Joseph Auctor Nicolai Discreti; Ideoque cum Carolinus ostendat se præsentatum fuisse ad d. Beneficium à præfato Nicolao habente majorem partem jurispatronatus, omni dubio procul instituendus est juxta claram dispositiōnem *Text. in cap. quoniam de Jurepat. Rot. cor. Bisch. dec. 274. nu. 13. in rec. decis. 129. nu. 7. par. 19. in Pisana Prioratus 15. Junii 1711. §. Pro informante cor. Reverendiss. D. meo Ansaldo Decano, & in Comen. Archipresbyteratus 17. Junii 1715. S. Motuque cor. R.P.D. meo Falconerio Alma Urbis Gub.*

**2** Nec est cur objiciatur, quod vox familiæ de Platea transire non potuerit in Nicolaum Discretum, ex quo juspatronatus pro hac vocē in donatione facta per Antonium ultimum de familia de Plateis favore Caroliani de Simonettis, evaserit gentilitium. Nam tam etiā admittenda eset dicta qualitas gentilitia, adhuc juspatronatus in Cap. Josepho de Simonettis ultimo de familia Caroliani Donatarii, utpote effectum hæreditarium, per consequens ab eo transferri potuit in Nicolaum Discretum juxta famigeratum Consilium Ancarani 81. communiter receptum, ut in *decis. 667. nu. 11. par. 18. in Granaten. Cappellaniæ 27. Novemb. 1713. §. Regulare namque cor. R.P.D. meo Falconerio Alma Urbis Gub.* Nilque turbat responsio, quod in d. donatione vocata non fuerit dumtaxat familia effectiva Coriolani, sed tota familia contentiva de Simonettis, ut aliás resolutum fuit à Rota Macerata in quadam Decisione edita anno 1694. & resultare dicebatur ex ipsa donatione d. jurispatronatus Coriolano de Simonettis facta, sunt præcisa verba **Ut semper, & perpetuò remaneat in ejus domo, & familia, & nè contingat illud ad alios extraneos devenire** **Et idcirco hæc vox tamquam delata ad Nicolaum, & Raymundum de Simonettis superstites, computari potius debeat pro Gaspare ab eis præsentato;** Siquidem omisis iis, quæ hac in re perfunctoriè, & extra causæ opportunitatem dixit Rota Maceratensis in d. Decisione occasione litis prorsus diversæ, & à qua partes per transactionem receſ-

recesserunt, quod attinet ad mox relata verba donationis jurispatronatus; illa nequaquam præferunt contemplationem familiæ de Simonettis in tota sua latitudine, itaut comprehendant etiam familiam contentivam, cùm dictio illa relativa ejus finè adjectivo cognominis familiæ de Simonettis, restringat dispositionem ad effectivam descendantiam ipsius Donatarii, in qua verificatur votum perpetuæ conservationis dicti jurispatronatus, ut docent à Ponte conf. 154. nu. 45. & seqq. Card. de Luc. de Jurepat. disc. 24. n. 2. Vivian. eod. tract. lib. 4. cap. 9. nu. 10. Gratiā. discept. forens. cap. 645. nu. 5. Rot. cor. Merlin. decis. 450. nu. 6. & seqq. cor. Emerīx jun. dec. 1156. nu. 2. in Mediolanen. Benefici 3. Januar. 1711. §. quid plus coram Reverendissimo D. meo Ansaldo Decano, in Sulmonen. Jurispatronatus 11. Januarii 1715. §. Quoniam coram R.P.D. meo Falconerio Alma Urbis Gub. & in Romana Primo genituræ 10. Februarii currentis anni §. In hanc coram eodem.

4 Hæcque interpretatio, conformis etiam Juris dispositioni, juxta quam vocata familia alicujus, quem Testator pro stipite constituerit, intelligitur semper facta vocatio de familia effectiva, non autem contentiva, ut tradit Bartol. in leg. peto S. Fratres nu. 1. ff. de Legat. 2. Menoch. conf. 133. num. 19. Rota cor. Royas decis. 361. per tot. præterea confirmatur, tum ex acceptatione donationis pro se, suisque, & sic pro solis hæredibus sanguinis, scilicet descendantibus tantum Donatarii, Cravett. conf. 929. n. 11. Rot. cor. Seraphin. dec. 1337. nu. 4. in rec. dec. 254. nu. 9. par. 11. Tum etiam ex eo, quod Donator professus fuit donationem jurispatronatus facere intuitu servitorum receptorum à Coriolano Donatario, & propter dilectionem, qua illum prosequebatur, quæ porrò rationes suadent donationem non debere extendi ad familiam contentivam Donatarii, ad quam merita ejusdem Donatarii, & Donantis affectio non protendebatur, Palm. Nep. alleg. 101. n. 8. & 9. Rot. cor. Merlin. decis. 450. n. 8. vers. quibus, & n. 11. in rec. dec. 15. n. 28. par. 7. & in Melevitana Jurispatronatus 31. Martii 1702. §. Quod posteriori cor. Eminentissimo D. Card. Scotto. Ex his vero sequitur minimè obesse, quod Donator donationem fecerit, nè juspa-

tronatus transisset ad extraeos, quia coarctatio jurispatronatus ad familiam effectivam Coriolani, operatur, quod Donator habuerit cæteros omnes, & etiam transversales ipsos tamquam extraeos, Tondut. resol. Civil. cap. 140. nu. 10. Rot. cor. Merlin. decis. 15. n. 22. taliter ut, neque in defectum linea effectivæ idem transversales, vocati dici possint, Rota in Montis Regalis Jurispatronatus 7. Maii 1708. §. Quandoquidem cor. Reverendiss. D. meo Ansaldo Decano, & in ejus Confirmatoria 7. Decembbris ejusdem anni §. Ad dito coram eodem.

6 Ut etiam frustra contendebatur, quod attenta divisione alterius vocis jurispatronatus competentis dd. tribus lineis distinctis Laurentii, Christophori, & Jo: Dominici de Simonettis. Carolinus numerare non possit medietatem hujus vocis, eo sub obtenu, quo linea Jo: Dominici, re vera non sit extincta, sed illa duret in Sebastiano Antonio, & Maria Antonia, à quibus Gaspar præsentari obtinuit, æquè, ac à descendantibus ex linea Christophori; Proindeque habere dicatur medietatem vocum, quæ residet in omnibus præfatis tribus lineis, cùm habeat majorem illam partem trahentem ad se minorem, nempe vocem stirpis provenientis ex Laurentio, cap. in Clement. plures de Jurepat. Rota cor. Coccin. decis. 519. nu. 2. in rec. decis. 272. nu. 6. par. 13. & in Firmana Beneficiorum 19. Januarii 1711. §. finali cor. R.P.D. meo Lancetta.

Objectio enim ista, sublata remanet ex facto, quia Sebastianus Antonius non est filius, ut supponebatur Bradamantis descendantis à linea dicti Jo: Dominici, & primæ Uxoris respectivè Camilli de Marinis, sed Restoria secundæ Uxoris dicti Camilli, & de diversa familia nullam habente partem in Patronatu, de quo agitur: Maria vero Antonia licet sit filia Jacobæ, & ista sit filia d. Bradamantis, tamen non docebatur, quod fuerit quoque illius hæres, prout opus fuisset probare, cum respectu hæreditatis Maternæ locum non sit illi juris axiomati: *Filius ergo Hæres*, quippe illud procedit in hæreditate dumtaxat Paterna, Rota in rec. decis. 423. nu. 10. par. 13. & decis. 84. num. 4. par. 18. Certius quia Bradamantes ultra Jacobam reliquit duos masculos, qui eam à Matri success-

successione excludebant vigore Statuti  
rubric. 49. lib. 3. Imò neque in illorum de-  
fectum succedere potuit, cùm eorum ul-  
7 timus, nempe Dominicus, eidem Jacobæ  
supervixerit, ut deponunt Testes à Gaspa-  
re inducti, contra quem plenè probant  
Rota cor. Cels. decis. 150. n. 6. cor. Dunoz.  
jun. dec. 812. n. 12. & in rec. dec. 35. n. 4.  
par. 19. Non omittendo denique, quod  
his omnibus conformes sunt ultimi status  
Beneficii annorum 1689. & 1701. qui in

hoc possessorio Judicio vertente inter  
præsentatos, attendendi planè sunt, Rota  
in Sorana Jurispatronatus super Institutio-  
ne 27. Januarii 1710. §. non attento, &  
10. Decembris ejusdem anni §: Absque eo  
quod cor. Eminentissimo D. Card. Scotto, &  
in Compostellana Parochialium 10. Junii  
1718. §. Quamobrem, & 10. Martii pro-  
ximè elapsi §. Iterum namque cor. Me.  
Et ita utraque &c.

